inferre, nam licet positioni impertinenti non tenetur pars re
spondere. vt in. c. cum contingat. ⁊ ibi habetur. ā. de offi. dele.
⁊ in. c. constitutionem. de electio. in. c. ij. de confes. lib. vi. in. l. ij.
§. quod observari. C. de iura cal. tamen si respondeat valet re
sponsio ⁊ preiudicat. Bal. no. in. l. si fine. ff. de interrog. actio
nibus. si iudex te arctauerit ad respōdēdum positioni imper
tinenti ex quo respondere ⁊ non respondere huiusmodi posi
65 tioni est voluntatis tue. ¶ † Cautela est ꝙ tu protesteris ꝙ
licet respondeas positioni hoc facis propter iussum iudicis:
tamen non intendis quatenus sint impertinentes illis respō
disse vel per respōsionem illam tibi preiudicari. ita Gemi. in
prefatio. vi. ⁊ in. c. ij. super gl. in verbo rationabili. de confes.
66 lib. vi. ¶ † Et facit no. verbum Jo. an. qui voluit ꝙ nunquā
per actum contrarium derogat protestationi, si fit per metū
vel per iussum iudicis: quia potius dicit pati ꝙ agere. ita Jo.
and. in. d. c. in generali. circa fi. vij. colū. faciunt not. in. c. ex ore.
j. de his que fiunt a maio. par. capi. ⁊ in. c. olim. el. ij. ā. de resti
tu. spo. Et ideo per predicta infertur ad id quod fit quotidie
per iudices dum positiones admittunt saluo iure impertinē
tium ⁊ non admittendorum disputandorum in fi. litis. nam ex
quo competentia vel incompetentia positionum est in volun
tate iudicis quando de ea disputetur. cum enim non sit preiu
dicialis exceptio nec declinatoria potest a iudice reservari in
fi. iuxta no. in. c. exhibita. ā. de iudi. in. c. j. de ordi. cogni. ideo
non mirum si iudex potest admittere positiones cum illa pro
testatione. ⁊ ita tenet glo. in. d. c. cum contingat. in. d. de. con
stitutionem. in ver. legitime. ita Gemi. in. d. c. ij. in v. colū. ita
Bar. ⁊ Imo. in. l. ille a quo. §. si in testamēto. ff. ad trebel. Ita
Imo. in. l. iij. §. pretor ait. ff. de dam. infe. ita Cardi. in clemē.
sepe. ij. col. de verb. sig. ⁊ ita Bal. ⁊ Alb. ꝙ sane magis faciet
iudex decem positiones impertinentes admittere cum prote
statione ꝙ vnam pertinentem non admittere. Si tñ esset no
torie impertinens. tunc ex quo interest partis non vexari fri
volis interrogationibus: nec iudex iustam cām habet deferē
di relectionem huius positionis non teneretur etiam si iudex
illam admisisset cum protestatione respondere huic imperti
nenti positioni. ita Panor. in. d. c. cum ꝯtingat. vbi dixi hoc
procedere etiam si statuto caueretur ꝙ iudex possit admitte
67 re positiones impertinen. ¶ † Ex hoc resultat practica ꝙ in
libello in fi. vel etiam in capitulis probatoriis pars protesta
tur non astringens se tamen ad alia probāda, posit que faciūt
ad obtētum cause. nam cum attestationes producere sit in po
testate partis, certe hanc potestatem suā potest per protesta
tionem suam limitare ⁊ protestatio derogabit libello ⁊ capi
tulis. ita Bar. in. l. diuus. ff. de re iud. ⁊ ibi Imo. ⁊ Imo. in. l.
in summa. ff. de re iudi. vbi ponit vnū notabilē effectū. ita do.
Anto. in. d. c. cum. M. xxxi. col. ita communiter canoniste in. c.
licet causam. ā. de proba. Quandoq; sensus facti resultat ex
dispositione iuris nec pendet ex volūtate nostra: ⁊ tūc si ius
procedit presumendo tantum: non autē super presumpto dis
ponendo quo casu dicitur presumptio iuris tantum: non au
tem iuris ⁊ de iure secundum notata in. c. ferrum. l. distinct. in
capitulo is qui fidem. infra de sponsalibus. in. l. finali. ff. quod
metus causa. puta in delictis siue facto sonante in delictū. nā
tunc ius presumit contra delinquentem quod malo zelo face
ret. capitulo primo. supra de prebendis. l. j. C. ad. l. iuliam de
sicariis. l. nullus. ff. ad legem aquiliam. ⁊ illo casu protestatio
contraria actui quo ad sensum actus qui non sonet in delictum
non valet neq; tenet nisi fuerit vestita iusta causa. dicta lege
prima. ⁊ dicto capitulo primo. vbi in delicto non sufficit dice
re ludens facio vel ludens feci. Si autem fuerit vestita iusta
causa tunc bene valet protestatio. capitulo fina. ⁊ dicto capi.
ex literis. j. de homici. c. quia sepe. l. distinc. l. si putator. ⁊. l. qui
foueas. ff. ad. l. aqui. Et ideo habetis quod ex quo diceret tu
mentiris ex sensu suo sonat in delictum ⁊ iniuriam vt voluit
Bartolus. in. l. item apud Labeonem. §. sed quid. ff. de iniur.
voluit Bald. ⁊ nouissimi in. l. turpia. in principio. ff. de lega. j.
68 ꝙ † isto casu si quis dicat alteri, tu mentiris, cum reverentia:
talis protestatio cum reverentia non habet excusare eū quia
dicatur illi dixisse iniuriam. ita Bart. in. l. si quis extraneus.
in princi. ff. de acqui. here. ⁊ ita Inno. in. c. ea. ā. de iureiur. sed
si hoc verbum tu mentiris ex iusta causa proferatur tūc bene
excusaretur ab iniuria talis proferens: puta quia falso obiiciat
tibi ꝙ es fur vel aliud sic poteris dicere tu mentiris: nec illo
casu ille diceretur iniuriatus: quia ex iusta causa dixisti: que iu
sta causa temperat sensum facti vt nō videatur delictum. Ita
Bar. ⁊ Ang. per illum tex. in. l. que omnia. in prin. ff. de pcu
ra. Ang. in. l. qui interrogatus. ff. de peti. here. Quandoq; p
testatio fit circa actum ad tollendum sensum facti qui resul
tat ex presumptiōe iuris ⁊ de iure: quia ius ita presumit ⁊ su
per presumpto disponit: ⁊ tunc protestatio cōtraria facto ni
hil operatur: puta in casu. c. is qui fidem. j. de sponsal. sequēs
copula habet purificare sponsalia precedentia ⁊ ea resoluere
in matrimonium de presenti: ⁊ hac presumptione iur. quia ius
ita presumit: ⁊ de iure quia super presumpto ius disponit si pro
testatio emanet ꝙ copula nō videatur facta in sensum matri
monij non valebit. ita. d. Ant. vbi proxime. ⁊ in. c. veniens. el
secundo. ⁊ in. d. c. is qui fidem. j. de spon. ⁊ ideo videmus ꝙ p
adeptionem beneficij incompatibilis non solū renunciat quis
beneficio quod quis habebat. vt in. c. de multa. j. de preben.
sed etiam gratie ad beneficium quam prius impetrauerat. de.
gratie. de rescrip. illa renunciatio est sensus facti resultans ex
illa acceptatione beneficij incompatibilis presumptione iuris
⁊ de iure. illo casu protestatio quod non intendit renunciare
69 nihil operatur. glos. est in. d. cle. gratie. ¶ † Et ideo habetis
inferre nam producens instrumentum presumptione iuris ⁊
de iure obligatur regulariter illud acceptare etiam contra se.
c. cum olim. j. de censi. c. cum venerabilis. ⁊ ibi Inn. ā. de exce
ptio. faciunt notata in. c. imputari. ā. de fide instr. in. l. post le
gatum. ⁊ ibi Bart. in princi. ff. de his quib. vt indig. in. l. sicut
iniquum. C. de fide instru. si quis produxerit cum protestatio
ne ꝙ producit in punctis ⁊ passibus facientibus pro se talis
protestatio eum non adiuuat nisi illud instrumentum quod pro
duceret esset instrumentum partis aduerse ⁊ in parte pductū
vel factum quod postea reproducit ad aliquē effectum: tūc cum
ius non presumat contra istum reproducentem certe protesta
tio eum iuuabit. ita rota decisio. cclxxxi. que incipit item licet
aliquis. ita Imo. post alios in. d. c. cum venerabilis. in. x. colū.
ita. d. Anto. in. d. c. cum olim. ponit Bald. in. l. j. C. vt que desi.
adno. in. l. j. iiij. col. C. de confes. Ja. but. ⁊ Alb. in. l. nimis gra
ue. C. de fide instru. faciunt no. per Bal. in. l. j. §. j. ff. de eden.
¶ Infertur etiam per litis contestationem presumptione iu
ris: ⁊ de iure excluduntur declinatorie. c. inter monasterium.
ā. tit. j. l. fi. C. de excep. illo casu protestatio de non excludēdo
declinatorias videtur ꝙ nō debeat aliquid operari. Sed ta
men quia illa presumptio iuris ⁊ de iure fundatur super psum
pta voluntate partis: non autem super facto sumitur ⁊ p pro
testationem constat de contraria voluntate partis. ideo pro
testatio tollet illam presumptionem iuris ⁊ de iure ꝙ videar
renunciare declinatoriis. ⁊ sic habetis rationē c. pastoralis.
ā. de excep. vbi dicitur ꝙ per protestationem quis reseruat di
latorias non obstante litis contesta. Et est bonus text. quem
ponderat Panor. in. ij. colum. in. c. ex cōquestione. ā. de resti.
spolia. voluit Bal. in. l. pacta nouissima. v. colū. C. de pac. Et
pro hac ratione do vobis glo. in terminis in. c. ex parte. infra
de regula. quam ad hoc ponderat in simili. d. Anto. in. c. cum
M. in. xxx. col. vbi dicit ꝙ licet ex susceptiōe habitus mona
chalis ⁊ portatione per annum inducatur presumptione iuris
⁊ de iure professio. hoc est verum nisi cōtraria emanauit pro
testatio in ipsa susceptione habitus: nam tunc ex quo presum
ptio illa fit a iure propter coniecturatam voluntatem p pro
testationem, apparet cessare voluntatem. ergo protestatio im
pediet presumptionem iuris ⁊ de iure. Sed cōtra de. c. is qui
fidem iunctis predictis. vbi est conclusum ꝙ protestatio non
impedit illam presumptionem que resultat ex copula. Solu.
do. Ant. vbi prox. in t in. xxiij. col. dicit hoc esse speciale in ma
trimonijs in quibus confessio partis contra matrimoniū ni
hil operatur. c. super eo. j. de eo qui cogn. consan. vxo. sue. nō
70 mirum si hoc casu protestatio non operatur. ¶ † Et ideo in
fert. d. Anto. limitationem ad notabilem regulam qua dicit
ꝙ contra presumptionem iuris ⁊ de iure admittitur pbatio
ex ꝯfessione partis. glo. est ⁊ ibi Cy. ⁊ alij in authē. sed tñ ne
cesse. C. de dona. ante nup. in. l. in cōtractibus. §. illo. C. de nō
nume. pecu. nam illa regula nō procedit in matrimonialibus
vt patet per predicta. vel aliter dicite ꝙ in. d. c. is qui fidē. spe
ciale est vt protestatio non iuuet: quia tractatur de pacto vitan
do quod incurreret si protestatio valeret. nam sicut volēs mo
ri, non auditur. l. non tantum. ff. de appel. Ita volens pecca
re non

re non auditur et debet prohiberi.c. fortitudo.cum similibus
lxxxvi.distin.c.non inferenda.xxiii.q.iiii.et.lxxxiii.distinc.per
totum.peccatum enim mors est.vt habetur in.c.i.de homi.
in.c.a nobis.de senten.excom.ideo cum per istam protesta
tionem in copula emanatam factam cum sponsa q non inten
dit contrahere si valeret protestatio resultaret peccatu adul
terii siue fornicationis:nō mirum si protestatio nō valet.ita
71 do.Ant.in.d.c.veniens.el.ii.¶†Infert etiā ad questionem
nunquid si quis compareret coram iudice cū protestatione q
non intendit consentire in ipsum valeat talis protestatio ad hoc
vt non videatur consensisse:et q istud consentire in iudicem
quod ius ex facto presumit,pendet ex voluntate partis:quia
ius presum.illum esse voluntatem partis consentiendi ex
quo comparet coram eo illo casu protestatio valebit:et tollet
dictam presumptionem que ex coniectura ta voluntate resul
tat:et ideo non videbitur consensisse.ita Archi.in.c.diaconi,
xxix.distin.ita Ange.in.l.non videtur.la.ii.in.l.sed et si suscep
perit.in prin.ff.de iud.faciunt not.per.Barto.et ibi ponit
Imo.in.l.quidam consulebat.ff.de re iud.imo vsque adeo est
potens illa protestatio ad excludendum consensum in iurisdi
tionem iudicis q si iste compareat coram iudice competenti
et protestetur q non intendit in eum consentire poterit dam
nari vt verus contumax acsi dixisset nolo venire.tex.est nota.
in.l.quam verbo contumaciter.et ibi ponderat,Bald.C.vbi de
crimi.vel curi.not.Ang.qui dixit in hoc superasse quendam
72 magnum aduocatum in.d.l.non videtur la.ii.¶†Et ideo con
suluit Bal.et Ang.q cum in comparitione dicat q protesta
tur per actum quem fecerit vel faciat non intēdit in eū tanq̄
in iudicem cōsentire nisi si et quatenus de iure arcetur:quia p
ista verba si et quatenus excusabit cōtumaciam.et per predicta
infertur ad id quod dicitur in mandato procuratorio consti
tuo te procuratorem meum saluis exceptionibus quod non be
ne declarat Bar.in.d.§.morte.in.ix.col.et est tex.in.d.c.expo
73 suit.de dila.¶†Quid operetur illo casu protestatio saluis
exceptionibus.nam respectu dilatoriarum.vt si procura.illas
omittat salue sint domino et dominus possit postea eas oppo
nere cum reseruare dilatorias possit dominus per protesta
tionem illo casu talis protestatio saluis exceptionibus in
mandato facta non mirum si reseruat domino dilatorias.et
hoc voluit gl.in.d.c.exposuit.Et ibi communiter scribentes
alis autem exceptiones et vt non teneat per illa verba habere
ratum factum procuratoris non potest per dictam protesta
tionē effici:quia ad hoc a iure arctatur vt habeat ratū qd fa
cit procura.ita docto.in.d.c.exposuit.Quandoq protestatio
emittitur in actu qui dependet ex potestate protestantis et al
terius.et sic cuius sensus etiam ex potestate contrahentium
dependet.et tunc si presente parte et expresse consentiente fiat
vel etiā tacite isto casu protestatio impedit actū puta in matri
monio contrahendo protestor presente femina et consentien
te tacite vel expresse q truffatorie ago:et isto casu non induce
tur matrimonium.c.tua nos.et ibi notatur in.c.ex literis.de
sponsa.et ita est tex.in.l.obligationum substātia.§.fina.ff.de
actio.et oblig.et faciunt que dixi.in articulo an requiratur
consensus.et ibi aliqua contraria adduxi.Si autē fieret parte
absente vel non consentiente.et tunc si protestatio est vestita
iusta causa propter quam non fuit habitus consensus partis
puta quia per metum non est ausus protestans presenti pro
testari.et tunc valet protestatio et excludit actum neque actus
conualescet donec durabit ista causa.l.metus.ca.i.vbi casus
ff.quod met.cau.et ibi Imo,et supra dixi in effectu protestatio
nis,si vero nō est vestita protestatio iusta causa:et tunc si fa
cum est certum et clarum protestatio nihil operatur.c.ex lite
ris.infra de sponsa.si vero factum est obscurū vel verba ob
scura:puta in professione que fit ex susceptione habitus q nō
est clara professio et certa:vel etiam que fit in matrimonio con
tracto per aliquem nomine mutato puta quis nomine petrus di
cit Ioannes desponsat te,et illo casu protestatio preualet actui
et operatur suum effectum vt actui deroget.Ita Inno.in.d.c.
74 primo.et.d.Ioan.and.et alii in dicto ca.tua nos.¶†Quan
doq protestatio fit ad remouendam partem substantialem
facti et tunc in his que dependent ex animo nostro libere pro
testatio impedit.l.per seruum.§.fin.ff.de vsu et habita,vbi si
testator legat vsufructū detracto vsu illa protestatio detracto
vsu annullat legatum vsufructus:nam vsufructus sine vsu sta
re non potest:ex quo ergo tollit partem substantialem.s.vsum
et protestatio inest actui talis protestatio annullat actum et sic
legatum.Si vero fiat in his que dependent ex voluntate no
stra et alterius et tunc protestatio nihil operatur nisi interue
niat consensus expressus eorum cum quibus principaliter et
non secundario geritur.ita Ioan.and.in.d.c.fina.et ibi Do

ctiem.et alii de condi.appo.et do.Anto.vbi proxime.puta sub
stantiale in matrimonio est procreatio liberorum.quia ad il
lud est inuentum protestatio facta in matrimonio.dum libe
ros non habeat reiicitur et nihil operatur nisi consensus ex
pressus ambarum partium interueniat.nec sufficeret tacitus.
Si autem expressus interueniret vitiaretur matrimonium p
protestationem.iuribus supra proxime allegatis. Et ex eo
quod dixi secundario habetis inferre q non valet protesta
tio per ingredientem religionem emissa in qua reseruat sibi
aliquid proprii.nam paupertas in monacho est de substan
tialibus.c.cum ad monasterium.de statu monachorum.et
non valet protestatio circa substantialia nisi interueniat con
sensus expressus eius cum quo actus geritur principaliter.
nec sufficit consensus eius cum quo secundario geritur actus
modo ex voto professionis principaliter cum deo contrahit.
c.ex multa.de voto.ergo talis protestatio nihil valebit etiā
interueniente consensu abbatis.et facit gl.in.c.ii.et ibi notatur,
et in.c.cum ad monasterium.vbi per Innocen.et alios.de
statu mona.in.c.insinuante.et ponit domi.Anto.in.c.rursus,
qui cleri.vel vouen.in.c.fina.et ibi Ioan.and.et alii infra de
condi.appo.quicquid dicat gloss.in.d.l.per seruum §.i.nota
tur in clemen.i.de regu.per Ioan.and.in mercuriali.in regula
nemo potest.de regu.iur.lib.vi. ¶ Quandoque tendit pro
testatio ad tollendum effectum consecutiuum facti.et tunc in
his que dependent ex voluntate nostra clarum est quod va
let protestatio.d.l.per seruum.§.i.in his autem que geruntur
cum alio tunc non valet protestatio nisi interueniente consen
su illius tacito vel expresso.c.i.xxviii.distinctione.et ibi gloss.
c.diaconi.xxviii.distinctione.Et ideo ex quo in ecclesia ori en
tali continentia in ordine sacro non est necessaria ad esse or
dinis sed ad ministrandum in eodē.c.cum olim.et ibi notatur
infra de cleri.coniuga.d.c.diaconi.et notat Ioan.andre.in.d.
c.fina.infra de condi.appo.isto casu si diaconus in ordinatio
ne protestetur quod nequibit continere protestatio episcopo
tacente habebit eum adiuuare.d.c.diaconi.et dicto.c.primo
secundum Domi.Anto.Panor.in.d.c.cum.[illegible] studio con
tradicendi reprehendit Domi.Anto.dicens velle eum q p
protestationem predictam diaconus poterit vxorem habere
et non continere.quod dicit ipse esse contra notata p Archi
diaco.in dicto capi.diaconi.vbi protestatio bene ipsum ad iu
uat ne puniatur de incontinentia.non tamen vt libere possit
non continere et nubere.non tamen facit valere actum licet li
beret a pena.et ponderat text.ibi qui dicit eos in ministerio
tollerandos non dicit valere actum.sed credo Domi.Anto.
idem voluisse:et q non dicit valere actū sed dicit q protesta
75 tio protestātem adiuuabit.intelligas scilicet a pena. ¶†Et
ex hoc habetis inferre esse casum in dicto.c.diaconi.sm Ar
chidia.et ex mente Panor.in.d.c.cum.[illegible] in.vii.colum. quod
vbicunq pars gerit actum per quem posset puniri et eum ge
rit authoritate scienter superiore quod illo casu excusatur ge
rens a pena de quo solet allegari pro singulari textus in.l.si.
iuncta gloss.in verbo si qua.C.de magistra.conuen.vbi si tu
tor cum decreto iudicis pro minori precio vendidit rem mino
76 ris excusatur propter decretum iudicis. ¶†Et per predicta
infertur quod ex quo dominus qui constituit procura.debet
constituere talem cuius factum ratum habeat.l.vnica.C.de
de satisd.et per quem legitime defendatur alias diceretur con
tumax si minus legitimum procura.dimittit.l.i.§.penul.vbi
tex.ibi Bart.et Ange.ff.quod cuiusq vniuer.l.ii.§.defendi.
ff.ex quib.cau.in possess.ea.not. Barto.in.l.si finita.§.iulia.ii.
colum.ff.de dam.infec.Panor.in.c.in pertractandis.de iu
ramen.calum.et sic consequutiuum mandati procuratori est
vt dominus ratum habeat quod gesserit procura.certe man
datum factum cum protestatione de non habendo ratum nisi
gesta legitime per procuratorem non valebit glo.est nota.in
c.relatio.xxi.q.i.voluit Cardi.et Inol.in clemen.i.de procura.
et domi.Anto.et Panor.in.c.fina.de dila voluit Barto.in
l.que omnia,ver.plane.ff.de procura. Bald.et Salic.in.l. si
procura.C.de procur.Bald.in rubrica.C.de exerci.ii.colum.
in.l.cum mandati.C.man.Albe.in.l.si.in.vii.colum.C.de p
cura.Et sicut videtis q ista protestatio contra consequutiuū
facti valet de consensu partis ita dictum mandatum tacente
aduersario et non opponente valebit.et tenebit.et interpreta
bitur vt dominus teneatur ratum habere que sunt gesta sm
formam iuris communis.et non aliter imputet enim sibi qui
non opposuit contra mandatum.ita domi. Anto.et sequitur
Panor.in.d.c.fina.Si autem consequutiuum facti pendet ex
necessitate iuris non autem consensu partium et tunc prote
statio nihil operatur.nec potest tale consequutiuum tollere.
Et ideo cum hoc sit consequutiuum iuris ex actu receptio

nis in canonicum vt debeat prebendam habere.c.relatū.c.cū
secundum.j.de prebendis.ideo si in receptione talis fiat pro
testatio q̄ prebendā nō habeat nihil operabitur protestatio.
dicto.c.cum.M.vbi casus sm̄ intellectum domi. Anto.ibi in
xxx.colum.licet Panor.impugnare videatur illum intelle
ctum. Et ideo cum omnes basilice & bona earum sint sub cura
episcopi & hoc sit iuris consequutiuum quod resultat ex quo
constructa est ecclesia si in constructione ecclesie pars prote
stetur quod non intendit quod episcopus de bonis illius ec
clesie se impediat nihil operabitur protestatio.c.ij.&.c.nouis
sit.vbi casus.x.q.j.c.regenda ea causa.x.q.iuncta.c.omnes
basilice.xvj.q.vij.& ideo cū facto libello q̄ possit mutari vel emē
dari vel etiam non possit hoc dependeat ex iuris dispositiōe
illa mutatio est quoddam consequutiuum iuris.qd̄ consequi
tur ad actum libelli certe protestatio saluo iure addendi vel
minuendi in libello apposita que quotidie apponitur nihil
operabitur.ita glo.in.c.inter dilectos & ibi sequuntur doc.j.
de fide instr.Domi.Anto.in.d.c.cum.M.xxxv.colum.Pa
nor.in.c.ij.J.de libel.ob.Ioan.in.c.ab eo.de elec.li.vj.Bar.
in.d.§.morte.in.ix.col.in.l.cum procur.§.dominus circa me
dium.ff.de oper.no.nun.Bal.in.l.edita.& ibi Bar.in pe.col.
sed Bal.in repetitione paduana.in prima & penul.Bar.et in
repetitione perusina.in.xxxv.colum.C.de eden.Bald.in.l.
et eas denunciationes.in fin.C.quomodo & quando iudex.in
l.nesennius.& ibi ponit vnum effectum ff.de nego.gest.Ang.
in.§.omnem.in aut.de litig.& in.l.si quis intentione ambigua
ff.de iudi. Quandoq; fit protestatio ad tollendū vnī partē sen
sus facti puta in facto multipliciter intelligibili prout est re
sponsio ad libellum vel in casu.l.in concubinatu.ff.de concu.
vbi copula cum libera persona facta iuncta conuersatione
potest capi in matrimonium.l.& libere.ff.de ritu nup.& facit
glo.not.in.l.sancimus.C.de fideius.potest etiam capi in con
cubinatum.d.l.in concubinatu.puta etiam in.l.nesennius.ff.
77 de nego.gest. Et istis casibus si actus dependet ex potestate
nostra valet protestatio.d.l.nesennius. Si vero dependet ex
potestate nostra & alterius:& tunc valet:sed requiritur presen
tia illius.& licet contradicat ille valebit protestatio.puta in re
sponsione ad libellum protestatio presente aduersario quod
non intendis litem contestari.talis protestatio etiam eo con
tradicēte valebit.ita Io.an.& ibi alij in.d.c.j.S.de lit.contest.
Barto.in l.vnica.C.de lit.contesta.& Domi. Anto.vbi.S.
Si autem dependet ex iuris dispositione & tunc protestatio
nihil operatur:nisi casu quo ius presumat propter cōiecturas
tam voluntatem actū agentis.ita Domi. Anto.vbi proxi
me in.xxxi.colum per glo.in.c.ex parte.J.de regu.& faciunt no
tata in.l.alimenta.C.de nego.gest.sed licet.d.Anto.hic hoc
membrum inseruerit in hoc articulo, quando protestatio est
78 facto contraria tamen non meruit hic apponi.† nam ad hoc
a vt actus dicatur contra ius protestationis^a vel ecōtra tria re
quiruntur. Primo q̄ protestatio & actus circa idem fiant.ita
Barto.in.d.l.j.in pe.colu.C.de lit.contesta. Secundo quod
directo eundem finem & actus & protestatio respiciant vt di
xi.S.in.ix.q.circa intellectū.c.olim causam j.de censi.& retulit
Io.an.in.d.c.in generali.in.ix.col. Tertio requiritur quod
actus & protestatio non possint cum distinctione concordari.
79 † nam non dicitur contrarium quod cum distinctione concor
dari potest.text.est cōmuniter glos.in.c.si.de iureiur.lib.vj.
in.l.si.C.de for.facium notata in de.§.de testi.& in.c.fraterni
tatis.S.de testi.in aut.at qui semel.C.de proba.sed quando
actus est multipliciter interpretabilis & potest interpretari
sm̄ protestationem potest actus sedere distinctionis concor
dari cum protestatione.ergo protestatio non dicetur actui
contraria.& ideo Barto.qui cum ministerio loquitur in.d.§.
morte.in.v.colum.dixit hunc actum super quo est emissa pro
testatio:vt.S.ambiguum non contrarium. Secundum mem
brum principale.d.Anto.est quando protestatio contraria
actui precedit actum.& tunc dicit aut tendit protestatio ad tollē
dum factum vt non sonabit in factum & tunc nihil operatur
protestatio.d.l.in bello.§.facte.d.c.ferrum.aut tendit ad tol
lendum sensum facti vel partem substantialem facti.& tunc si
sensus iste resultat ex dispositione iuris non valet protesta
tio.c.fin.de homici.lib.vj.vbi si mando tibi vt percutias ti
tium ita tamen q̄ non occidas.illa protestatio q̄ nō occidas
non tollet quin si occideris tenearis mandans de homicidio.
quia sensus facti ex dispositione iuris resultat vt qui causam
dedit facto videatur factum fecisse.facit.l quoniam multa.C.
ad.l.iul.de vi.faciunt notata in.l.j.C.ad.l.cornel.de sicca.j.c.
j.S.de presump. Si autem sensus facti dependet ex volunta
te nostra mere et tunc protestatio sanabit.d.l.qui in aliena.
§.celsus.d.l.at si quis.§.plerique. Si vero dependeat ex

a ¶ Contraria pro
testatiōi. adde ad
materiam q̄ istud
est regulare quod
protestatio tollitur
per factum contra
rium protestatiōi
& ita videntur cō
muniter presuppo
nere doc. pro re
gula doct.in.c.cum
M.Ferrariensis.
secundum fely.ibi
in.xxvij.columna.
ver.est enim regu
lare.de cōsti. quā
regulā limitat sex
modis vide per
eū itē adde bal.i.l.
nesenni^o.ff.d neg.
ges.vbi dicit q̄ p
testatio nihil opa
si ab ea recedit p
factū cōtrariū quia
facta derogāt ver
bis aliter.d.c.cū
M.ferrarien.vbi
ā posuit.S.j prī.
apostil.

voluntate nostra et alterius & tunc si consensus expressus
alterius interuenerit valebit protestatio.d.§.locator ho
rei:dicto.c.j.S.quod metus causa.sm̄ intellectum Bar. que
tamen vidistis S.reprobatum. Et hoc procedit si actus est
certus et clarus. Si autem actus esset ambiguus vel presum
ptus tunc protestatio valeret nullo adhibito consensu alte
rius.puta in susceptione habitus protestatione que inducit
presumptam possessionem non autem est expressa protesta
tio illo casu iuuaret suscipientem habitum sine alio consensu
alterius. Innocen in.c.c.S.quod me.causa.domi.Anto.vbi
S.in.xxx.colum.item hoc procedit nisi iusta causa excusaret
quare non fuerit requisitus consensus alterius in protesta
tione:puta metus.d.c.j.et.S.dixi.si autem fieret sine consen
su alterius ,tunc non valet protestatio etiam si cōsensus eius
cum quo secundario geritur actus interuenit et:quia hoc non
sufficit.sed requiritur consensus eius cū quo principaliter geri
tur actus nisi iusta cā iustificet protestationem.& ille est intelle
ctus d.c.j. ¶ Aut protestatio fit ad tollerandum cōsequutiuū
facti.& tūc si illud consequutiuū dependet ex volūtate nostra
tm̄ valet protestatio.d.§.celsus. Si vero dependet ex ptāte iuris
& tunc nō valet protestatio.c.cū.M.in intellectu.S.rdato nisi
hoc cōsequutiuū iure respicere cōmodū alterius cui ille alius
posset renunciare.nā tunc protestatio tolleret cōsequutiuū effe
ctum iuris interueniente cōsensu expresso eius ad cuius cōmo
dū ius inducit illud consequutiuū.iste est tex.in.d.l.si.§.ait si
pdixerit.nā ibi q̄ caupo teneat de illatis est iuris cōsequutiū
si protestatio fiat p cauponē vt nō teneat & descendēs in eā cau
ponullā hanc protestatiōe cōtētat q̄ ad eius cōmodū ius indu
xerat dictā obligationem protestā. illo consentiente derogabit
obligationi cōsequutiue.q: quilibet pōt renunciare fauori
suo. Illo aūt nō cōsentiente nihil oparet protestatio vt ibi tex.
& cōtio. Et facit tex.in.l.si qs seruū.§.fi.& in.l.quoties.in prin.
ff.de pecul.& ideo infert.Ant.vbi.S.se cōsuluisse q̄ cū quidam
mercatores haberent societatē & vnus protestaretur q̄ non in
tendit obligari ex facto talis socij & postea tn̄ pseuerabat in
societate eius q̄ talis protestatio eū nō iuuabit quominus ob
ligetur nisi interuenisset cōsensu eius cū quo cōtrahere obliga
tio.nā pseuerando in societate facit actū cōtrariū protestationi cui
ius cōse quutiuū tendit ad tollēdū. protestatione.s.ne vt socius
obligef.& faciunt no.in.l.si ex duobus.ff.de neg.ge.in.l.fīnī^o.
in prin.ff.de pac. ¶ Aut tēdit ad tollēd.effectū cōsequutiuū
qui dependet ex voluntate mea & alterius.tunc si protestatio
fit cōtra ius cōe in eo q̄ depēdet ex voluntate alterius & iuua
bit protestatio ipso cōsentiente.alis non.c.cū in veteri.S.de ele.
Si aūt non est cōtra i^o cōe.ū tūc valet protestatio illo nō cōsen
tiente dūmodo sit psens.puta in rñsione ad libellū vt.S.dixi
Dicit tn̄.d.Ant.vbi.S.in.xxxi.col.q̄ protestatio hoc casu non
cōprehendet actū futurū ex interuallo etiā si fuerit facta per
verba futurū pe respicientia.q: rōne longi interualli videt
recessisse a protestatiōe.alle.no.ibi p Io.an. Sed Imol.ibi ipsm
reprobat.q: vbi protestatio fit p verba futuri tpis cōprehendit
etiam factum ex interuallo.l.si ita scriptū.ff.de le.j.l.si quis in
prin.testamenti.ff.de le ij.ergo male loquit.d.Ant.& facit
que dixit.S.in.ix.q hoc tn̄ quod dictum est in ipso cōdicente p
cedit in actu multipliciter interpretabili.secus in actu certo.q:
tunc ad derogandum illi requirit cōsensus expressus p ea que
S sunt dicta.d.§.locator.hec oia dixit.d.Ant vbi.S.in.xxix.
col.pcedere preter quā in actu iudiciali.nā tunc protestatio cō
traria actui iudiciali parte opponente opatur spālem effectū
q̄ protestans a iudicio repellit quo ad illum actum tanq̄ con
trarius nisi protestationi renunciauerit.& dicit hic esse casum in
80 si.de quo dixi.S.in.intellectibus huius tex. ¶ † Tertiū mē
brum est, qn̄ protestatio fit post actū vt sonat in factū nō va
let protestatio.d.c.ferrum.ad tollendum sensum facti non
etiam valet protestatio de natura sui protestatio nō retro
trahitur nec respicit preterita.l.si.& ibi Bal.no.p illū tex.C.
de nego.gest.nisi hic sensus facti alienū cōmodū respicere cui
posset ille renunciare.nā tunc de consensu eius cuius commo
dum respicit sensus facti protestatio valeret & derogaret & fa
cto l.ab emptione.ff.de pac.faciunt not.per Bal.in.d.l.pacta
nouissima.& idem dicite de consequutiuo facti per protestatio
nē tollendo.imo idem de parte sensus facti memorata q: in
actu multipliciter intelligibili protestatio facta post actū ni
hil opatur.imo actus interptabitur in potioris significatu nō
obstēte protestatiōe postea facta.l.j.ff.si ager vectī.vel ēphi
Et an act^o cōtrari^o tollat precedētē protestationē vide.c.cū.m.
81 ¶ † Et ideo si reus respondit libello.postea protestatur q̄ nō
intendebat litem esse contestatā per suā responsionem talis
protestatio nihil opabitur.q: lz responsio ad libellum possit se
habere multipliciter.tn̄ in dubio videt lit.cōtestari.per no.in
c.vni

c.vnico.ẽ.de lib.ↄte.in.c.cũ ad sedez.ẽ.de resti.spol.in.§.si ve
ro.vbi glo.no.in aut.de er bi.e introdu.reis.in.l.vnica.C.de
lit.ↄte.iõ hoc casu nihil valebit ꝓtestatio. Si aũt sit ꝓtesta
tio ad tollendũ substãtiale facti ꝛ tũc si illud substãtiale depẽ
det ex libera volũtate nr̃a valebit ꝓtestatio:ꝛ derogabit actui
iam fcõ:puta in legando:ille actus dependet ex voluntate te
statoris.si post legatum etiam ex interuallo testator protestes
tur ꝙ nõ vult deberi legatũ erit ademptũ.ꝛ sic valebit protes
statio.l.ij.ꝛ toto.ti.ff.de adi.lega. ¶ Si vero substantiale fa
cti non dependet ex voluntate nostra sed iuris.ꝛ tunc aut est
sepabile ab acto ꝛ vз ꝓtestatio.l.p seruũ.§.i.vbi ter.ff.de vsu
ꝛ habi.vbi vsufructus hз duas partes.s.vsuз ꝛ fructũ.si post
legatũ vsumfructuз testator dixerit adimo fructũ,illa ꝓtesta
tio adimo fructũ faciet vt videat legat⁹ tñ vsus sine fructu.
¶ Si vero substãtiale non põt separi data validitate actus
uno si separetur corrueret actus ꝛ illo casu ꝓtestatio nihil vз.
d.l.p seruum.§.i.in fi.vbi vsusfructus hз duas partes vsuз.s.
ꝛ fructum sed pars fructus sine vsu esset inutilis.ecce ꝙ in le
gato vsusfructus vsus est vsqз adeo substãtialis vt nõ valeat
legatum vsusfructus sine vsu.pone testator legauit vsumfru
ctũ ex interuallo ꝓtestaf ꝙ nõ intendit legasse vsuз.talis ꝓ
testatio nihil valet imo debebis vsusfructus totus.hec est in
effectu theorica do Ant.vbi.ẽ.qui subijcit ꝙ siquis casus
accidat in materia protestationum qui non determinetur per
82 hanc theoricam ꝙ vult resarciri damnum. ¶ †Secunda spe
a cies protestatiõis est prohibitoria que fit ad prohibendum
protestatum aliquid facere.ꝛ ista tria membra sunt principa
lia sm bar.in.d.§.morte.in.xxiij.ꝛ.xij.col.pmũ.s.qñ protesta
tus ꝓhibetur facere id ad qd faciendũ tenebatur. secundum
qñ ꝓhibetur facere id ad qd nõ faciendũ tenebatur.tertiũ ꝓ
hibetur facere id in quo nulla erat obligatio nec ad faciendũ
83 nec ad non faciendũ sed materia erat indifferens. ¶ †Circa
primum aũt loquimur de ipso creditore protestante debitori
suo ne sibi soluat.ꝛ tunc valet ꝓtestatio ꝛ operatur purgatio
nem ex parte debitoris ꝛ etiã ↄstituit creditorẽ in mora.l.rõ.
§.si p venditorem.ff.de act.emp.l.mora.in prin.ff.de vsur.Sз
illa iura non bene ꝓbant opi.bar.sed pro eo do tertũ singula
rem ꝛ ibi Bart.in.i.colũ in.l.emilius largianus.ff.de mino.
vbi dicit Barto.illum tex.quod si debitor fuit in mora:quia
lapsus est terminus soluendi quod noua interpellatio credi
toris ꝑstat ei facultatem purgandi morã que alr̃s esset impur
gabilis si noua interpellatio affirmatiue facta non esset.ergo
multomagis protestatio negatiue facta ne soluat debitorem
excusabit. ¶ Aut protestatio fit ab alio ꝙ̃ a creditore.ꝛ tunc
aut iustam cãm non assignat nec aliquã pro re sua ꝛ tunc protes
statio nihil valet.puta protestor simpliciter ne soluas credi
tori tuo.l.si quis prohibuerit.ff.de publi.l.fina.ff.de constit.
pecu.l.si fideiussor.ff.de fideius. ¶ Si vero exprimo aliquam
cãm sed non veram nec verisimilem.ꝛ tunc nihil etiã opatur.
l.hoc aũt in prin.ff.si cui plus ꝙ̃ per.l.fal.puta presbyter de
nũciauit alieno parochiano ne soluat decimas suo presbitero
parochiali:qꝛ sibi deberentur rõne alterius parochie.hec cau
sa non est verisimilis.qꝛ in aliena parochia debeantur alicui
decime.c.ad decimas.de resti.spo.lib.vi.talis protestatio ni
hil operabitur. ¶ Si vero causa est verisimilis sed non tamẽ
vera ꝛ tunc si id quod solui debet denunciatur ne soluatur,de
bitum est ex vltima voluntate.puta legatum in hoc operatur
protestatio impedimentũ huius debiti nisi caueatur per ipsuз
creditorem.Si vero est,debitum ex contractu protestatio ni
hil operatur.l.fina.C.de petitione hereditatis.ꝛ licet Bart.
ita transeat.Jmola tamen iunior addit duos casus in quib⁹
etiam in contractuз operatur protestatio.primus in.l.siquis
autem.C.depositi.qui tamen est correctus per authenticam
ibi positam.secundus est casus in.l.si a furioso.§.i.ꝛ ibi notat
gloss.Barto.ꝛ Ange.ff.si certum peta. ¶ Si autem protesta
tio fit expressa iusta causa verisimili ꝛ vera.ꝛ tunc aut illa pro
testatio fit ab eo qui recipit cessionem iuris alterius debiti
ad vtilitatem cedentis.ꝛ tunc non sufficit expressio vere cause
sed requiritur certioratio quod ille cui fit protestatio fiat cer
tus hanc causam ꝓtestationis esse veram.l.cessionem esse fa
ctam.l.ij.vbi tex.C.de noua.l.nomẽ.ꝛ ibi no.glo.ꝛ oĩã.C.que
res pig.not.Bar.in.l.si facta.§.si heres.ff.ad treb. ¶ Si ve
ro cessio non respicit vtilitatẽ cedentis sed vtilitatẽ cessiona
rij.s.eius cui fit cessio.ꝛ tunc non requirit alia certioratio dũ
modo ille cui fit ꝓtestatio sciat cãз esse verã ꝛ iustã.d.§.si he
res.vbi Bar. ¶ Si aũt ꝓtestatio fieret ab alio ꝙ̃ ab eo ꝗ re
cipit cessionẽ.Et tũc si istius ꝓtestãtis principalr̃ interest vt
ꝓtestatio seruet nõ requirit alia probatio cause.puta denun
cia debitor fideiussori vt nullo pacto soluat creditori qꝛ habз
exceptionem contra eum puta pacti de non petendo vel aliaз

ecce ꝙ protestantis.s.debitoris interest principaliter ne fide
iussor soluat illo casu protestatio valet causa expressa licet nõ
probata nec certiorata.ita est tex.in.l.fideiussor.in princi.ff.
man ¶ Si vero protestantis principaliter non interest ꝛ tũc
ꝓtestatio si fiat a iudice valet absqз alia certioratione cause
dummodo exprimatur tex.est not.in.l.fina.ff.de lege cõmis.
ita etiã Jo.and.in.c.i.de censi.vbi nota.puta iudex prohi
buerit ne tu soluas tali creditori tuo qꝛ est bannitus vel alia
iusta cã absqз alia certioratione.valebit ꝓtestatio.ꝛ tunc de
bebis parere.qd dixit Jmol.notandũ ꝛ ꝓpterea ita esse deci
sum ꝓpter magnã ꝑsumptionem que est pro facto iudicis.l.
§.C.de offic.iudi.qui male.c.in ꝑsentia.ẽ.de renun. ¶ Si ve
ro fiat in parte tantum ꝛ tunc in iudicio nihil valebit protes
statio nisi expressa causa.ita Barto.in.l.si.in.xi.oppositione
in.v.col.C.de edic.diui adri.tol.vbi dixit ꝙ si in iudicio pro
testator ne aliquid fiat contra me vel in preiudicium meũ.ta
lis protestatio nihil valet nisi fiat cum cã,ꝛ faciunt nota.in.c.
bonc.ẽ.eo.Siue etiam fiat extra iudiciũ requiritur expressio
84 cause.vt.ẽ.dixi per.l.siquis prohibuerit. ¶ †Sed punctus
stat nunquid teneatur credere protestanti vltra predictos ca
sus.Et certe ex quo principaliter eius non interest dixit bar.
ꝙ non nisi sciret ipse causaз esse verã.l.si maior.C.de rescind.
ven.l.ij.vbi casus sm vnuз intellectum.ff.qd falso tut.autho.
85 ¶ †Sed punctus stat,nũquid requiratur probatio ꝓtesta
tionis facte ipsi qui se p eã excusat:puta debitor excusat se ꝙ a
non soluit propter ꝓtestationem sibi factam a creditore.quo
casu valet vel facta a iudice vel ab alio expressa cã ꝛ probata.
vel ab alio expressa cã cuius cãm ipse sciebat veram qualiter
probabit istam ꝓtestationẽ.ꝛ an debeat causa probare.Bar.
in.d.l.si quis cum autem.tenet ꝙ ꝓbari teneatur.sed sufficit
iuramentum ipsius debitoris.ita Bar.per illum text.Bald.
ibidẽ tenet ↄ̃triũ dicẽs ꝙ hic protestat o ꝓhibitoria dз in scri
ptis fieri.ꝛ ideo etiã p protestãtem probari dз p scripturam
scз producendo ꝓtestationem scriptã.non obstat tex.ibi dum
loquitur de iuramento qꝛ intelligit respectu purgande ↄsciẽ
tie ipsius depositarij ꝙ ipse dolo non retinuit depositũ.tũc
cum sit hoc de dependẽtibus ex animo bene sufficiet iuramẽ
tum glo.in.§.alie insti.de act.in.c.ꝓposuisti.lxxxvj.dis. Sed
quo ad faciẽ.fidẽ de protestatione non dicit ibi text.sufficere
re iuramentũ. ¶ Aut sit ꝓtestatio ad ꝓhibendum ne fiat id
quod ꝓhibitus facere tenebaf.Et tunc aut ꝓhibitus nullam
iustã cãm habuerit existimãdi se posse facere id quod omni
no erat ꝓhibitum ꝛ illo casu opatur ꝓtestatio.l.prohibere.in
prin.ff.quod vi aut clam.puta fit tibi ꝓtestatione aliquem of
fendas.oĩno debes scire hoc esse ꝓhibitũ.ideo ꝓtestatio de
facili operatur effectum.Aut ꝓhibitus habebat aliquam iu
stam cãm existimandi se non ꝓhibitum.puta bannitus q põt
impune offendi ex forma statuti.vt no.p bar.in.l.iij.§.trãs
fugas.ff.ad.l.cornel.de sica.ꝛ etiam in.l.amissione.§.qui de
ficiunt.ff.de capi.di.ꝓtestaf volenti offendere ne illum offen
dat.ꝛ tunc ex quo prohibitus habet iustam cãm existimandi
sibi permissum offendere bannitum talis ꝓtestatio nihil ope
ratur nisi bannitus expresserit cãm quare nõ dз offendi, puta
qꝛ dicat se rebannitum,ꝛ illo casu sola expressio cause non suffi
ceret nisi certioref ꝓhibitus de veritate cause.qꝛ ĩ dubio pre
sumitᷣ ↄ̃ bannitũ.l.non oẽs.§.sin.ibi tex.vbi non creditur de
re mili.ff.vel nisi constaret ipm ꝓhibitum certuз esse de veri
tate cause protestationis.Et ideo dixit bar.vbi.ẽ.ꝙ caute fa
cient banniti si faciant se pronunciari qñ rebanniuntur rebã
nitos esse p iudicem.vt sic de exẽptione banni possunt facere
fidem vel ipsam exemptionem a banno faciant ꝑscribi ꝛ pu
blicari vt publice innotescat.c.i.in arg.ẽ.de postu.ꝑla.l.si pu
pillus.§.ꝑscribere.ff.de insti.ubi iste poterit impune offende
re bannitũ non obstante ꝓtestatione.Subijcit tñ Bar.posse
dubitari an isti offendenti possit imputari quare nõ inuesti
gauit an iste sit rebannitus ꝛ arguit ꝙ sic per tex.in.l.qui in
alterius.ff.de regu.iur.vbi actori imputatur quare non inue
stigauit natorã cause sup qua agit. Sed in ṽitate illud nihil
stringit.nam loquit arg.Bar.in casu in quo ius nec presumit
pro nec ↄ̃.nos loquimur quãdo ius commune presumit pro
offendente ꝛ contra offensum.i.ↄ̃.bannitum.d.l.non oẽs.§.si.
nec presumitur absolutus ꝛ est quid sibi imputef si est absolu
tus quare nõ fecit solemniter fieri sm clausulas predictas aut
per iudicem aut per ꝓclama.Jmol.hi. restringit dictũ Bar.
ꝙ ita demũ possit offendi non obstãte ꝓtestatione bãnitus ꝛ
Etiam occidi qñ nõ posset capi ꝛ detineri.Sed si posset capi
cum p capturam sit consultum offense reipublice vult ꝙ non
possit occidi nec offendi ex quo interea donec stabit capt⁹ po
terit constare de exemptione banni.sed si capi nõ possit vult
ꝙ possit occidi.Et pro eo facit tex.no.in.l.si seruus.ꝛ ibi no.

a ¶ Secunda spẽs Adde.d.Jas.in.l. non solum.§.mor te.ff.de oper.no. nun.versi.sufficit. simplex scĩẽtia vbi pulchre tradit de hac protestatione inhibitoria.

Bar.ꝛ Bald.C.de his qui ad eccle.confu.vbi ſi fa.milia po-
teſtatis habet in precepto aliquem capiendi ꝛ ille non ꝑmit-
tat ſe capi licitum eſt eum percutere ꝛ offendere.ꝛ ita Bald.
in.l.addictos.C.de epiſ.audi. Et ita Bal.in.l.ab executione.
C.quorum ap.non recip.in.l quacunq;.§.4.ꝛ in.l.quemadmo-
dum.in prin.ff.ad.l.aquil.in.l.ı.C.qui accu.in.l.j.C.de exhi.
re.in.l.j C.vnde vi.in.l.eū q duas.C.de adul.ꝛ facit ꝑ Jmo.
gl.no.quam ipſe allegat in.§.ſi vero quidam inuenit in verbo
factū in aut.de exhi.ꝛ introdu.reis.vbi ex fuga ꝑſumit ꝯ fu-
gitiuuo.facit glo.in.l.cornel.ꝛ quod ibi no.Bal.per illam gl.
ff.ad Sille.vbi preſtando cautionem quis releuatur de carce
ribus ſemel fugitiuus non pōt vti illo beneficio fideiuſſorum
86 dandorū. ¶ †Tertiū eſt membrū quādo prohibet facere id
ad qḋ nō tenebatur nec faciendū nec nō faciēdū. Et tūc ſi illō
qḋ ꝓhibet vſq; adeo depēdet ex ꝓtāte ipſius ꝓteſtātis q̄ ſo
la volūtate eius ſit illicitū,ꝛ tunc proteſtatio operatur.l.vnuſ
ff.de ſeruit.vrba.predio.l.iij.in princip.ff.de acquir.re.domi.
ſed melius in.§.apud.ꝛ in.l.fin.C.de neg.ge.puta ingredior
alterius fundum cā venationis ſola voluntate dñi ꝓhibentis
ſit illicitum valebit.ꝓteſtatio quando dñs proteſtat ne ſuum
fundum ingrediar. ¶ Si vero id circa quod ſit ꝓteſtatio ſo-
la voluntate ꝓteſtantis non ſit illicitum aut honeſte non po-
terat huic proteſtanti pareri:ꝛ hoc caſu nihil operabitur pro
teſtatio.l.quintus.ff.man.ꝛ ideo ſi fideiuſſor proteſtatus fue-
rit creditori ſuo q̄ non ſoluat debitori talis proteſtatio non
adiuuat ſi creditor tenebatur numerare.puta ratione contra
ctus precedentis dotis vel ſimilis.vel etiam ſi creditor de
honeſtate non poterat retrahi quin numeraret.quia iam ma
tuo daturū ſe promiſerat quo caſu non mutata qualitate de-
bitoris nō habet iuſtā cauſam nō numerandi.l.ſi creditores.
de priuil.cre.l.cū quis.§.j.ff.de ſol.ſecus ſi de honeſtate poſ-
ſet creditor recuſare ne numeraret.nam tunc licet proteſtatio
primo caſu non iuuet fideiuſſorem.hoc tamen caſu iuuabit
Ita debet intelligi gl.in.l.titius.ff.de procura.ita Bart.in.l.
ſi fideiuſſor.ff.de fideiuſſo,ꝛ in.d.§.morte.in.xij.colum. ¶ Si
autem proteſtationi potuit de honeſtate pareri. Et tunc ſi ſit
non expreſſa cauſa nihil valet.l.ſi maior.C.de reſcin.ven.l.tu
tor.ff.de minor.Si ſit cum cauſa expreſſa,ꝛ tunc quandoq; ta
lis cauſa reſpicit factum proteſtantis de futuro fiendum et
tunc operatur proteſtatio,quia contra proteſtatum ſeu probi
bitum inducitur doli preſumptio.tex.eſt.in.l.d.nunciaſſe.in
princip.ꝛ.§.quid ergo.ff.de adul.Et ideo ſi proteſtor tibi ne
alienes fundum quia intendo eum vendicare vel ius preten
do ſuper eo hyppothece.Ecce q̄ cauſa pēdet de futuro talis
proteſtatio ſi alienaueris habet inducere q̄ dolo videris
alienaſſe.ita notatur in.l.fulcinius.§.j.ff.ex qui.ca.in poſ.ea.
in.l.vtriq; cum.l.ſeq.ff.de rei.vend.faciunt notata in.c.j.ꝫ.de
alie.iud.mut. ¶ Quandoq; cauſa non depēdet de futuro ſ;
ex facto de preterito ꝛ tunc quādoq; proteſtat ille cuius prin
cipaliter non intereſt.iſ ꝓteſtatio nihil operabit.l.ij.ſecūdum
vnum intellectū.ff.q̄ fal.tu.aut.Et ideo illo caſo debet ꝓte-
ſtans facere ꝯſtare veritatē cauſe.ꝛ ita operabit ꝓteſtatio ni
ſi eſſemus in caſu in quo ſola ſcientia nō ſufficeret vel veritas
ſola cauſe vt in.l.ij.C.de noua.in.l.nomen.C.que res pigno.
nam illo caſu nihil operaretur proteſtatio.quia ſola certiora-
tio non ſufficit.ita ponderat proprio caſu text.barto.in.d.l.ij.
ibi merito credi nō debuit ergo ſi debuiſſet merito credi ope
raretur proteſtatio. ¶ Quandoq; ſit ab eo cuius principali-
ter intereſt ꝛ tunc reſpectu prohibiti ꝛ alterius nihil opera-
tur proteſtatio.d.l.ij.puta proteſtor tibi ne contrahas cum
alio tutorio nomine quia eſt falſus tutor reſpectu ipſius tuto
ris ꝛ tui prohibiti nihil operabitur proteſtatio.ita gloſſa in-
telligit illam.l.ij.in.l.ſi fundum.C.de re.vend.reſpectu autē
prohibiti ꝛ proteſtantis ſi proteſtans tractat de lucro nihil
operatur proteſtatio.ꝛ ſic intelligitur.d.l.ij.ſcḋm alium intel-
lectū.ꝛ ibi notat.Dy.Si vero tractat de damno.ꝛ tunc ope-
ratur proteſtatio contra prohibitum vt dolo videatur feciſſe.
l.aut pretor.§.ſi quis particeps.ff.de his que in frau.cre nota-
tur.in.d.l.fundus. Predicta procedunt quando prohibitus
prohibetur gerere actum quem iure ſuo gerit. Sed quid de
actu quem gerit iure alterius.puta vt procura.alterius.ꝛ illo
caſu diſtinguit Bar. Si proteſtatio ſit a domino indiſtincte
operatur quia reuocatio mandati eſt libera in voluntate do-
mini niſi ſit poſt lit.conte.quia tunc requiritur cauſa.c.ij.de
procura.li.vj.l.que omnia.ꝛ.l.ante litem.cum ſeq.ff.de procur.
habetur in.c.ex parte decani.ꝫ.de reſcrip.in.c.ex inſinuatio-
ne.ꝛ in.c.mandato.ꝫ.de procu.Si vero fiat ab alio quā a do-
mino et tunc ſi habet ſpeciale mandatum a domino videtur
prohibuiſſe dominus.c.qui per alium.de reg.iur.lib.vj.l.ita
tamen.§.geſſiſſe.ff.de admi.tut.tamen.de hoc ſpeciali manda
to debet in proteſtatione prohibitoria facere ſit alias prohi
bitus non tenetur credere ſecundum bar.nota.in.l.qui in
alterius.ff.de reg.iuris.in.l.ſi quis inficiatus.ff.depoſiti. Si
aūt habet mādatum generale ꝛ a domino et nō ſpeciale ꝛ tūc
regulariter nō valet eius proteſtatio,fallit ſi noua cauſa ve
riſimiliter ignorata a dño ſuperueniſſet reuocandi hūc ꝓcu
ratorem.nam tunc ꝓteſtatio prohibitoria huic ꝓcuratori fa-
cta valꝫ ꝛ tenet.dūmō in ea exprimatur cauſa.l.ſi homine.vbi
tex.no.ff.man.faciūt notata in.d.c.ij.ſi aūt nō habet aliquod
mādatum ꝛ tunc non tenetur credere. arg.d.l.ſi.ſi.i.ꝓſa.ll.
87 tu.aut.faciūt not.d.c.ex inſinuatione.† Ex ex predictis ha-
betis elicere ſecundum Jmol.in.d.§.morte.tres intellectus
ad d.l.ij.Prim⁹ eſt q̄ ibi ꝓteſtatio ꝓhibitoria fuit facta ab
eo cuius pricipaliter non intereſt:iō nō valet. Secundus eſt in
tellectus q̄ ibi nō valet ꝓteſtatio quo ad prohibitū et alium
q̄ ꝓteſtantem.ſcꝫ tutorem q̄ non obſtāte.d.proteſtatione
poterit agi cōtra tutorem falſum.ita glo.in.d.l.ſi fundum.ꝛ
hi duo ſatis congruunt illi litere.Tertius eſt intellectus q̄
ibi proteſtās tractabat de lucro captādo.ideo non operatur
in fauorem ſuum proteſtatio dato q̄ eius principaliter inter-
ſit.et licꝫ Bar.vbi.ſ.dicat quamlibet ſce.ſibi placere tamē hic
88 tertius intellectus eſt diuinatiu⁹.† Sed operepreciū eſt ſci
re nunquid poſito q̄ proteſtatio prohibitiua operetur effe
ctum,vt dictum eſt aliquibus caſibus,nunquid proteſtato
ſit ſuccurſum aliquo remedio contra proteſtantem ſi reperi-
atur cauſam non fuiſſe veram propter quam proteſtatur.Et
dicite ex mēte bar.q̄ datur actio in factum contra ipſum ꝓ
teſtantem ad intereſſe quatenus mea intereſt nō fuiſſe prohi
bitum per eum.l.j.§.a.ꝛ.ſi.ff.de eo,per quem fac.erit imo ſi
proteſtans non eſſe ſoluendo iuſta eſt cauſa petendi in inte-
grum reſtitutionem aduerſus leſionem cauſatam ex ſua pro-
teſtatione dato q̄ hec reſtitutio alterum incōmodum etiam
reſpiceret.d.l.ſi.vbi tex.et faciunt no.in.c.ij.ꝛ in.c.ex litteris
89 ꝫ.de in integ.reſti. ¶ †Sed per quē debet fieri talis prote-
ſtatio an per procuratorem fieri poterit ſic q̄ ſic ſecundū
bar.et alios.l.prohibere.in prin.ff.q̄ vi aut clam.nec requirit
ſpeciale mādatum regulariter niſi in caſibus ſpecialibus ita
bar.poſt glo.et ibi varios caſus ſpecialis in.l.j.in prin.ff.de le.
agn.ita bart.et latius Jmol.in.l.de pupilo.§.que procurato-
rio.ff.de ope.no.nunc.et vnum caſum ſpecialem.ꝫ.proxime
90 poſuit. ¶ †Sed nunquid per negociorum geſtorem pote-
rit fieri illa proteſtatio.Et dicite ex mēte bart.q̄ aut ex par
te proteſtantis non ſufficit proteſtari ſed requiritur q̄ cer
tioraret proteſtatum vt in caſu.l.ij.de noua.et in.le.nomen C
que res pigno.ꝛ iſto caſu non ſufficit q̄ fiat per negotiorū ge
ſtorem.ſed debet habere mādatū imo ꝛ fieri fides debet de
mandato arg.notatorū in.d.l.qui in alterius.ꝛ in.d.l.ſi quis
inficiatus.faciunt notata per glo.in cle.cauſam de elec.Si ve
ro ex parte proteſtantis certioratio non requirit ꝛ tunc pōt
fieri per negotiorū geſtorē.Et ideo videmus in ſimili q̄ ꝓte
ſtatio interatoria cū regulariter certiorationē nō requirit vt
ſ.videbimus ad ꝯſtituēdū in mora pōt fieri per negotiorū ge
ſtorem tex.eſt in.l.ſi quis ſolut.§.j.ff.de vſur.que ponderat ad
hoc bar.ꝛ ibi alij in.l.ſi ſeruū.§.nūc videamus.ff.de verb.ob.
91 ¶ †Sed nunquid procuratori ſufficiet fieri proteſtationem
teſtaꝫ.ꝛ dic q̄ vbi dominus non inueniatur.l.aut qui alter.
§.ſi forte.ff.q̄ vi.aut clam.imo etiam negotiorū geſtori ꝛ co
lonis ſufficit.l.pro herede.in prin.ff.q̄ vi aut clam.tamē ſi fie
ret in preſentia dñi ꝛ ſic ex quo habetur copia eius valeret ꝓ
teſtatio facta procuratori tex.eſt nota.ſꝫ glo.ibi in.l.ſi decū.
§.ſi preſente.ff.de euic.quē ad hoc pōderat hic Jmol.minor
ſi vero non fieret in preſentia domini tunc ante omnia requi
rendus eſt dñs antē q̄ veniat ad procuratorē.d.§.at ſi forte.
ita Joan.an.in.d.c.in generali.ꝛ.ſ.retuli.faciunt notata per
Joan.and.ꝛ alios in.c.ſi.ꝛ in.c.cām.ꝫ.de dolo ꝛ contu.in cle.
cauſam.de elec.ꝛ etiā in.c.fin.ꝫ.de eo qui mit.in poſ.per bar.
in.l.nō.§.pretor.ꝛ in.l.ꝯſius.ff.de dam.in fec.in.l.meminerit.
C.vnde vi. ¶ Sed qñ debet fieri illa proteſtatio dic q̄ debet
fieri ante actū quē intendit ꝓhibere nō aut poſt actū ſm bar.
l.ſi pecuniā.§.ſed ſi quis dederit.ff.de condi.ob cām. ¶ Sed
qñ finiet dicite q̄ eſt perpetua ſm Bar.ꝛ ideo nec morte ꝓte
ſtantis finit arg.notatorū in.l.ſi intra.C.de nō nume.pecu.iā
quatenus dixi q̄ ſufficit fieri huiuſmodi ꝓteſtationē ꝓcura-
tori hoc eſt verū niſi vbi requirit plena notitia q̄ tunc dñs
nō dicit habere plenā notitiā per denūciationē factā ꝓcura-
tori gl.eſt in cle.cām.i verbo appellatū de ele.quā ad hoc pō
derat ludo.i.d.§.morte.Ex predictū articulū intelligite ſm
notata per bar.in.l.j.§.ꝓcura.ff.ſi quis ius di.cē.non ob.in.iij
col.per.Cano.c.j.in.fin.ſupra.vt lit.nō conte.ꝛ ſm theoricam
iuriſcō.in.l.apud celſum.§.queſitū.cū ſeq.ff.de exceptio.dol.
Tertia

eiusdem litis. c. ex insinuante. extra. de officio delega. ita etiam super-
veniens pendente appellatione lite contestata in prima instan-
tia ita Panor. in d. c. ad audientiam. et Bal. in d. l. ita demum.
nisi post supervenientiam illius exceptionis aliquid egisset
coram iudice. quia tunc sicut in prima instantia per istum actum
videtur renunciare dilatoriis et tacite consentire ut procedere-
tur. l. nulla. et ibi Bartolus. C. de procuratori. glossa in capi-
tulo primo in verbo absentia de elec. lib. vi. domi. Anto. in c. cum
M. Ferracien. in ii. char. circa principium glossarum. supra
de constitu. ita etiam in causa appellationis. et eodem modo pos-
sumus dicere ibi de exceptionibus dilatoriis que pervenerunt
ad notitiam post lit. contestatio. in prima instantia pendente
3 postea ap. iuxta c. pastoralis. extra. de excep. ¶ † Not. ex textu
ibi coram primis iudicibus quod licet in facti narratione Papa exem-
plificet post conclusum in causa tamen cum exempla non restrin-
gant regulam. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de lega. ii. c. i. §. ne
cle. vel mo. non solum habet locum text. noster ut appellato
contumace possit procedi ad sententiam quando appellatur
post publicatas attestationes. sed etiam quandocunque ap-
pelletur lit. contesta. in prima instantia. ita hic Panormita-
4 ¶ † No. ex tex. ibi legitime contestata. secundum Bald. et alios quod
ex quo de natura ablativi absoluti est importare conditionem
l. a testatore. ff. de condi. et demon. quod ita demum appellato absen-
te per contumaciam iudex poterit negotium diffinire si lis fue-
rit contestata in prima instantia et non aliter, et sic per istum
textum limitatur l. fina. §. illud. C. de temp. ap. ubi voluit textus
quod parte contumace possit iudex ad diffinitivam in causa ap-
5 pellationis procedere. ¶ † No. ex text. ibi per contumaciam
absentante. a contrario sensu secundum Panor. quod partibus presen-
tibus non potest in causa appellationis ad diffinitivam lite
non contestata procedere. et voluit glo. in c. Raynaldus. in ver.
contestata. i. de testa. et facit quod voluit glo. in c. p. venerabi-
lem. in ver. non servatis. i. qui fil. sint legi. et ibi dicit quod licet in
matrimonialibus beneficialibus et similibus possit procedi in
contumaciam lite non contesta. c. quoniam frequenter. §. primo
supra ut lite non contestata. illud intelligit verum altera par-
te absente sed utraque parte presente debet lis contestari alias
non valet sententia. quod tamen dictum hodie per cle. sepe.
de verb. sig. iuncta cle. dispendiosam. de iudi. non haberet lo-
cum. tamen ratio illius glo. non est sublata. Glossa in versi. li
quebit. in fine. Primo habemus ex glos. qualiter contra con-
tumacem debeat procedi. de quo dicite ut in c. put. extra. de dolo
et contu. et in c. quoniam frequenter. §. an alias. extra. ut lite non con-
testa. Tamen quatenus attinet ad materiam appellationis
dic aut appellatur ab interlocutoria et iudex habet cognosce-
re de iniquitate vel iniustitia sententie. c. ante posita. §. sane. i.
eo. et isto casu frustra querimus an contumace parte possit de-
veniri ad missionem in pos. quia non potest iudex procedere
in principali nisi iusta pronunciata appellatione. c. ut debitus.
in fine infra eodem ideo in re petita vel etiam super principa-
li in personali non potest facere missionem quia de eo nondum
agitur pronunciato autem super appellatione quod iusta sit pro-
cedet iudex ad quem super principali et isto casu bene habe-
bit remedia que haberet in negotio principali. d. §. in alias.
et §. si. d. c. put. et d. c. causam. extra. de dolo et contumacia. Aut ap-
pellatur a diffinitiva et tunc circa missionem in possessionem.
6 dicite ut in d. c. proxi. ¶ † Sed alia est questio que elicitur
ex gl. et tex. nostro. numquid lite non conte. possit procedi in cau-
sa appellationis. sed quia ex fundamento dependet edificium. c.
cum Paulus. i. q. i. et queritur an sive pictura superadditur post
ea edificio. c. ad dissolvendum. i. de despon. impube. l. eius qui
in provincia. ff. si cer. peta. et libellus est fundamentum lit. con-
testa. et iudicii. c. unico. extra. de lit. contest. iuncto. c. i. supra de
lib. obla. et lite contestata exoneratur iudicium probationibus
et iustificatur. ideo de tribus hic querendum est. ¶ Primo
8 an in causa [a] appellationis requiratur libellus. secundo an re-
quiratur lit. contest. tertio cui incumbat onus probandi. Cir-
ca primum dicite secundum Spec. in quarta parte. §. nunc dis- a
cendum. ver. sed numquid aut loquimur in appellatione extra-
iudiciali, et tunc ex quo habet vim provocationis ad causam. c.
cum sit romana. extra. eo. ideo cum aliud fundamentum non pro-
cedat iudiciale requirit libellus. Aut loquimur in appel. iudiciali
et tunc ab interlocutoria aut a diffinitiva. si ab interlocutoria et
tunc quasi ab incidenti vel emergenti interposita fuerit sicut sup
incidenti vel emergenti non est lis contestanda sed sup principali.
nec requiritur libellus quia sufficit eum porrectum in princi-
pali. c. prudentiam. §. sexta. et ibi habetur extra. de offi. deleg. et etiam
notatur in c. i. supra de ordi. cogni. et hanc opinionem tenet Bald.
in additionibus in ii. libro eodem titu. in verbo iudicium. et
Imol. hic dixit in practica esse servandum. et sentit Panormi-
tanus Jo. and. tamen in addi. ad Specu. eo. titu. versi. sed numquid
et in c. Raynaldus. i. de testa. tenet contrarium. quia ex quo su-
per interlocutoria nullus libellus super principali emanavit
et sententia in causa appellationis habet in aliquo speciem
diffinitive quia circa illud incidens sive emergens diffinien-
dum versatur. l. si quis iusiurand. et l. generaliter. §. primo in
argumen. C. de reb. cred. et iureiur. ideo requiratur libellus sed
eius opinio de directo est contra notata in d. §. sexta et tenet
contrarium hic Baldus quia licet finiat incidens vel emer-
gens non tamen est diffinitiva. et faciunt not. in cle. i. de senten.
et re iudi. et in clemen. i. de sequestra. pos. et fruc. et in l. dicetur.
ff. de arbi. Aut loquimur in appellatione a diffinitiva. et tunc
secundum Spec. et Bar. ubi prime. aut sumus in causis in quibus in
principali non requiritur libellus puta in matrimonialibus et simi-
libus in d. cle. dispendiosam. et tunc ex quo appellatio non im-
mutat naturam cause principalis. text. est et ibi Angelus in l.
prima. ff. an per alium cause appellationis. Imol. in l. pri-
ma. §. libelli. in antepenulti. colum. ff. eod. Bald. in d. additio.
ideo causa appellationis restabit et ipsa summaria et sine ordi-
ne libelli. aut loquimur quando appellatur a diffinitiva in cau-
sis requirentibus ordi. iudi. et libellum in principali et tunc re-
quiratur libellus. quia ubi requiritur litis contestatio et libel-
lus qui est fundamentum. sed in causa appellationis regu-
lariter nisi exceptis casibus requirit lit. contesta. ut infra vide-
bimus. ergo et libellus et videntur velle domini de Rota in
decisione sua. viii. que incipit. item fuit dubitatum. et in deci-
sione. cccclxv. que incipit. item quod auditor. Contrarium te-
nuit Innocen. in c. cum contingat. extra. de officio delegati. in fi.
glo. magne. Jo. and. in d. c. Raynaldus. et in d. addi. d. Anto.
hic. Bar. et Ang. in d. l. i. §. libelli. et Bal. in l. si quis libellos.
et in l. ampliorem. C. eo. movetur quia ex quo in principali et
in prima instantia libellus est porrectus non videtur necessa-
rius in causa appellationis non enim appellatio restituit cau-
sam ut ex retro nisi usque ad lit. conte. exclusive ut dixi in tex-
tualibus. ergo effectus libelli durabit. et ideo dicunt quod in
omni causa bene requiratur talis qualis petitio quia petitur et
dabitur. clemen. sepe. de verbo. significa. et ibi notatur. ideo ne-
cessarium appellanti sit porrigere appellationem suam coram
iudice ad quem et per eam petere ut super ea procedatur et hoc
erit loco libelli. Imol. in d. §. libelli videtur sedere distinctio-
nis varietates concordare. et refert hic dominus Philip. aut
appellatio producitur utraque parte presente et prosecutio fit. et
tunc sicut requiritur lit. conte. ut dixi in textu ita etiam requi-
ratur libellus et procedat opin. Spec. aut fit prosequutio ap-
pellationis altera parte absente. et tunc sicut non requiritur
lit. contesta. ut hoc tex. ita nec libellus. et procedat opin. Inno-
cen. et Barto. et aliorum et hoc circa primum articulum Ang.
in l. eos. §. fina. aut in C. eo. dicit quod licet non requiratur li-
bellus tamen ad cautelam servatur contrarium poni Imol.
in l. si quis filio exheredato. §. si autem omnes. ff. de iniusto
7 rupto irritoque testamen. ¶ † Circa secundum an requiratur
litis contestatio et tunc dicite ex mente Panormita. dominus
Anto. et Imol. hic aut loquimur in appellatione extraiudi-
ciali et cum sit ad causam provocatio. d. c. cum sit romana. sicut
in causis regulariter requiritur litis contestatio. ita et hic. c. i. extra.
de lit. contestatio. aut loquimur in appellatione iudiciali et
tunc aut loquimur in appellatione ab interlocutoria et isto ca-
su tenet Joan. andre. in addi. et in d. c. Raynaldus quod requira-
tur lit. contest. quia litis contesta. est fundamentum ipsius iu-

a ¶ Primo an in causa ap. Adde pro ampliori declaratione ultra allega. hic Phili. cor. in consil. ccxli. inci. in causa. in litera C. in iiii. volumi. fol. cxcviii. ubi declarat qualis debeat esse forma libelli in causa appellationis.

dicti et instantie. d. c. vnico sed causa appellationis est noua instantia quod patet quia de nouo iuratur de calumnia. c. ij. de iura. calum. lib. vj. ideo in ea requiretur lit. côtesta. domi. Anto. Panor. et communiter scrib. hic. et etiam in. d. c. raynaldus. teneat contrarium quia appellatio ab interlocutoria est causa vnius articuli. sed super articulo non est lis contestanda dicto. §. sexta. ergo nec super appellatione cum non immutet naturam cause principalis. d. l. j. §. primo. ff. an per alium. cum aliis ibi allegatis. facit. c. interposita. §. sane. l. eo. qd procedit altera parte absente. presente autem parte vtraque glos. in d. §. sane. et ibi Inno videtur tenere quod requiratur litis contesta. et facit iste tex. a contrario. ibi se contumaciter absente. d. Anto. ibi et Pan. in. d. c. raynal. in. x. col. quod Rota in. d. decis. cccclxv. que incipit. item quod auditor tenet qd nec illo casu requiratur lit. conte. quia negari non potest quin iste sit articulus incidens. Aut loquimur in appellatione a diffinitiua et tunc aut in causis in quibus proceditur sine strepitu et figura iudicij et non requiritur lit. conte. d. cle. sepe. iuncta. d. l. j. §. i. aut in causis plenariis. et tunc aut erat lis contestata in principali et proceditur in appellatione absente. et illo casu non requiritur lit. contesta. sed procedi poterit sine noua litis contestatione. vt hoc textu nostro. aut lis non erat contestata in principali. et tunc requiritur lit. contesta. etiam appellato absente dicta. l. fina. § illud. que ita debet suppleri per tex. nostrum hic vt dixi in tertia. aut lis nô erat conte. et appellans erat absens. et tunc potest procedi contra eum iuxta ea que habentur in. c. câm. et de dolo et contu. in aut. qui semel. C. quo et qn iud. et est glos. hic et ita pot saluari. d. §. illud. aut lis non erat conte. et vtraque pars erat presens, et tunc dz contestari. ita Bar, d. §. illud. et Bal. hic et alij. et gl. in ver. contesta. et ibi doc. in, d, c. ray. et Bal. in. l. j. C. ne li. in vna eademque cau. tertio pro. et facit text. in. d. c. raynu. et tex. a côtrario in. d. §. sane. et voluit Spec. in. d. ver. sed nunqd. et in ti. de pla. sen. §. iusta. ver. ij. qd si etiâ appellans. et Hostiê, in sum. ti. §. quid sit effectus. et Rota vbi no. prosequitur hunc articulû in. d, decis. vij. que incipit. itê fuit. et in. d. deci. ccclxv. aut lis erat côte. et vtraque pars erat pns. et illo casu requiritur noua lit. conte. ita gl. in. d. c. raynaldus. in vbo contestata. et ibi Pan. in. d. col. ita Rota. d. decis. vij. et faciunt not. p. glo. in. d. c. ij. de iur. cal. li. vj. tn ex tacito consensu partium posset lit. côtesta. omitti hoc casu. ita Bal. in, d. l. j. C. ne. lice. tertio prouo. aut lis non erat conte. et vtraque pars erit absens. et isto casu iudex non potest procedere nisi verteretur fauor publicus vel periculum animarû. c. pri. ♃cedêti. ex quo neutra partium principalium est presens. ita Inno. in. c. j. de elec. li. vj. et. d. Phil.

¶ Circa tertium quis debeat pbare. dicite fm Barto. in. l. bi qui ad ciuilia. C. eod. et Panor. hic quod aut vnus tm psequitur appellationê. et tunc siue sit rite appellatum siue nô rite debebit ipse pbare qui hoc intendit et psequitur. aut vtraque pars prosequitur et tunc aut tractatur de actis pbandis: quia dicitur lit. contest. nô interuenisse vel alia non fuisse acta. et illo casu que dicit pbare dz. pbabitur per ostêsionez actorum. c. quoniaz. et. de pba. aut tractat de approbâdo aliqd circa merita negotij. et tunc ille qui habebat pbare in principali habeat etiam pbare in negotio appellationis quia appellatio nô mutat naturâ negotij principalis nec etiaz quo ad onus pbandi. d. l. bi qui. In causa autem nullitatis an requiratur lit. côtes. dicam in. c. dilecto. et Ponit hic Pan. et de lit. conte. in causa appellationis. dixi et in rubrica. vbi ponit. Bal.

Summaria.

1 Ut dictio, de sui natura modum importat.
2 Judicibus honor debetur.
3 Judex et superior debent consulere laboribus et expensis partium.
4 Citatus a iudice non suo et ab eo grauatus, appellare non debet.
5 In appellatione ab interlocutoria debet rationabilis causa exprimi quare appellat, etiam si sit sententia excommunicationis.
6 Ordinarij. inferioris a potestate quis nô eximitur per destinationem.
7 Ordinarij siue delegati iurisdictionem propter literas impetratas declinandi modus.
8 Appellatio debet interponi coram iudice a quo.
9 Judicis a quo copia haberi si non possit, an sufficiat appellationem interponi coram iudice ad quem.
10 Judex ad quem licet per appellationem vlterius non efficiatur iudex, potest tamen in expensis condemnare.
11 Appellans friuole in condemnatione expensarum punitur.
12 Negotium principale ad iudicem ad quem deuoluitur appellatione legitima pronunciata.
13 Cause maiores ad papam solum spectât: et que dicantur maiores, et que reseruate.
14 Judices ordinarij in dignitate esse dicuntur.
15 Prescriptio per citationem factam coram iudice incompetenti interrumpitur.
16 Prescriptio per actum iudicialem qualiter interrumpatur.
17 Exceptio ad eundem effectum tendit, ad quem tenderet si proponeretur actio.
18 Effectus qui sequitur ex destinatione nunctij facti ad curiam, quando sublatus dicatur.
19 Delegatus potest preuenire ordinarium, ex quo representat papam
20 Presentationis et citationis tempus in delegato attendendum.
21 Rescriptum antequam presentetur, dicitur proprium ipsius impetrantis.
22 Presentatio sola literarum non inducit preuentionem iurisdictionis in delegato, sed requiritur citatio.
23 Appellationi iuste aut friuole deferens punitur.
24 Judex in dubio appellationi deferre debet.
25 Suspicionis causa iusta que dicatur.
26 Aduersarium in iudicê recusare non possum propter inimicitias vel aliam suspicione mea culpa natas.
27 Appellans et succumbens in expensis condemnatur.
28 Litigantis temere pena est condemnatio in expensis
29 Delegatus ad causam appellationis an possit cognoscere de negocio principali sicut potest ordinarius.
30 Appellari non debet nisi iusta et rationabili causa expressa. et numero. 31.
32 Cause expressio in appellatione a diffinitiua non requiritur.
33 Appellandum est eodem modo ab interlocutoria expressa sicut tacita.
34 Decem dierum tempus ad appellandum assignatum, quâdo currere incipiat.
35 Exclusus ab appellando per lapsum decê dierum a principio, non est exclusus a medio vel a fine a quibus nondum sunt lapsi decem dies.
36 Cause expressio non requiritur, vbi appellatur a grauamine extraiudiciali.
37 Appellare a grauamine pure inferendo non est licitum: conditionaliter sic.
38 Proponens plures causas propter quas est appellatum, vtrum quid arctabitur ad veritatem omnium probandam.
39 Appellatio intra decem dies potest emendari.
40 Appellationis expressio qualis esse debeat.
41 Appellationis causa quando nominatim exprimenda.
42 Non grauatus non appellat a futuro grauamine.
43 Appellatio an debeat fieri in scriptis in omni appellatione et an illa scriptura debeat esse publica vel priuata, nu. 44.
45 Apostoli libelli sunt dimissorij. per quos iudex a quo informat partem quid intendat facere
46 Apostolorum triplex species.
47 Agere non valenti nullum currit tempus.
48 Processus agitatus per iudicem a quo pendente tempore ad dandum apostolos an valeat.
49 Apostoli quos operentur effectus.
50 Statutum abbreuians tempus appellandi non valet.
51 Appellatio debet iustificari ex his actis, ex quibus primus processus est gestus.
52 Appellari potest ab interlocutoria varijs ex causis.

VT debitus. Pro euidêtia pmitto quod triplex est genus sniaru. quedaz snia vocat diffinitiua eo quod negotiû pricipale diffinit. l. dicere. ff. de arbi. cle. j. et ibi gl. de sen. et re iudi. cle iu. j. in ver. diffinitiua. de sequest. pos. et fruc. alia est interlocutoria que fert sup aliquo incidêti vel emergêti inter pricipiû et finê cause. glo. in. d. cle. j. in ver. diffinitiua. in. l. generaliter. in prin. C. de reb. cre. et iure. quoddâ est genus sentêtiarum que mixte vocant. quia et diffinitiua participant cum finem iudicio imponunt nec expectant aliam diffinitiuâ post se et de interlocuto zia partem capiunt: quia non imponunt finê negotio principali. sed tm illi iudicio puta quando pnûciat quê non esse audiendum vel non esse iudicem. vel similiter. ita bar. in. d. dicere et in. l. quod iussit. ff. de re iudi. panor. d. An. et Inno. in. c. pror. seq. ancha. consil. cccclij. incipi. de virib' predicte iuie et. d. anto. côsili. vj. posui in. c. peruenit. post Jo. Aton.

asto. ⁊ alios ꝫ. eod. ¶ Secundo premitto q in appellatione quatuor persone discretionem ⁊ cognitionem suaꝫ adhibent secundum Panor. hic primo appellās debet enim discutere ne temere appellet. alias punitetur in expensis. vt hic in fi. et faciunt que vidimus in. c. reprehensibilis. ⁊ c. sepe. ꝫ. eod. Secūda est persona appellationis debet enim discutere an iuste sit appellatum. ⁊ ita debeat deferre appellationi vel non deferre. d. c. sepe. Et etiam vt si appellationem iustam cognoscat se preparet ad respondendum super principali quod venit corā iudice ad quem discutiendū vt hoc text. in. fin. ⁊ etiam si placuerit vt succingat processum petendo a iudice ad quem vt procedat super principali omisso articulo appellationis ex quo scit iustam. c. i. eo. titu. libro. vi. ⁊ ibi notatur ⁊ dicam. j. in materia. Tertia est persona iudex a quo: hꝫ enim examinare an sit iusta appellatio vel ne intra se qꝫ nō deferēdo appellationi iuste punit vt vidim⁹. i. c. de priore. ꝫ. eo. Deferēdo autē iniuste etiam peccat glo. est in c. cum appellationibus. circa princip. eod. titu. lib. vi. que dicit q vsq adeo reatū cōmittit deferēs appellationi friuole q ex quo reatus oēm dignitatē excludit. l. i. C. vbi sena. vel clar. propterea talis iudex a quo amittit iurisdictionem. Quarta est persona iudex ad quem hic cognoscit primo an admittenda sit appellatio vel ne tanquam ex probabili causa interposita qñ ab interlocutoria appellatur. c. romana. §. quod si obiiciatur. eo. tit. lib. vi. habetur in. c. dilectus el. ij. ꝫ. de rescrip. admissa demum appellatione cognoscit de veritate cause appellationis. ⁊ iustificat appellationem quo facto pronunciat vel tenere appellationem vel nō tenere. quod ex veritate grauaminis apparet. ⁊ ita si bene appellatum pronunciauerit procedet in principali si male appellatum remittit causam ad iudicem a quo vt hoc text. in fin. ¶ Tertio premitto quod destinatio nunciū ad curiam antiquitus operabatur suspensionem iurisdictionis inferioris iudicis. ita vt non posset procedere nisi nuncio reuerso vt hoc text. nostro ibi non obstante. nā clausula nō obstāte in rescriptis nō apponitur ad remouēdum id quod nullo pacto impediebat. c. cū aliquibus. ⁊ ibi no. de rescrip. lib. vi. ⁊. mandatū et ibi Jo. an. d. d. Ant. ꝫ. de rescrip. ergo ex quo Papa hic dicit non obstante destinatione nuncij sequitur q antiquitus talis destinatio obstabat ⁊ iurisdictionem suspendebat ⁊ hodie iste effectus est sublatus pe. tex. nostrum circa prin. ¶ Operabatur secūdo destinatio nuncij appellationem q qñ sit vidimus in. c. dilecti. ⁊ aliquid in. c. meminimus. ꝫ. e. ⁊ hic effectus hodie durat qꝫ qꝫ nō mutat quare stare phibetur. l. papini⁹ in fi. C. eo. ideo cū tex. noster dicat solū de destinatione nuncij nec aperiat de destinatione nūcij q sapit appellationem remanebit effectus illius destinationis vt videbimus in glos. in verbo si dicat. ¶ Tertius datur effectus qꝫ per destinationem nūcij videt subijcere qs se ꝓtectioni aplice. ita vt nō possit in partibus ꝯtr. eū ꝓcedi. Sed hic effectus nō est ita generaliter intelligendus sm Inno. hic. qꝫ nisi fiat in via appellationis destinatio nū cij nō eximit ipm destinantem. d. c. dilecti bene verū est q ipm nuncium destinatū omni casu eximet ⁊ videt subijcere ꝓtectioni apostolice eū sed nō mittentem. c. vnico. j. de pere. qꝫ intelligit hic verū Panor. quo ad ea que sunt grauis preiudicij. puta missionē in possessionem ex scdo decreto ⁊ maiora. sed quo ad leuiora puta missionē in possessionem ex primo decreto nō fit exemptio a iurisdictione inferioris iste nūcius nec alius itinerans ad papā ꝓpterq in causa appellationis. Mouet ꝑ tex. in. l. ignorare. C. de restitu. mili. vbi ꝯtra absentē causa reipublice fit missio ex primo decreto. ergo multo magis ꝯtra absentē ob ꝓuatā causaꝫ. ⁊ iste terti⁹ effectus nō est sublatus per tex. nostrū. qꝫ de eo nō loquitur. ¶ Quarto premitto q ꝑ hūc tex. videt tolli omnes effectus clausule appel. re. de quo dixi in. c. pastoralis. in princi. ꝫ. eod. ¶ Quinto premitto q corā iudice ordinario facta ꝓuētione litere impetrate sup ea causa nō valēt nisi facta mentione de processu nulla autē facta ꝓuētione valēt litere. c. inter monasterium. ꝫ. ti. j. ⁊ videntur tales litere a die presentationis ligare manus ordinarij si surreptitie nō fuerint dixi in. c. vt nostrū. ꝫ. eo. voluit Inno. in. c. cum. M. Ferrarien. ꝫ. de constitu. circa fi. In delegatis autem queritur eis iurisdictio a die presentationis. c. super eo. el. ij. supra. eo. ⁊ etiā inhibet a die ꝓita te inhibitionis. c. audit ꝫ. ꝫ. de resti. spo. Sed quo ad intrinsecū valorē literarū suscipiunt robur a die date. r. ceterū. c. eam te. c. capitulū sancte et ucis. c. si autē. ⁊ c. plerūq. ꝫ. de rescri. late ꝑ Imolan de. fi. de rescri. ¶ Is qui appellat ante sententiā causaꝫ ꝓbabilē exprimat corā iudice a quo nec est probabilis exceptio de missione nunciū ad curiā vel literis impetratis que prius presentate non sunt. ⁊ si iniusta fuerit appellatio hoc pronunciato iudex remittit partes ad primum iudicem appellantē in expēsis ꝯdēnando. si autem appellatio fuerit iusta ꝓcedat in principali iudex ad quē per hanc tamē decretalem maioribus causis que ad curiā ꝓprie spectārē nō fit ꝓiudiciuꝫ h. d. Diuiditur in tres partes principales. in prima ponit cāꝫ in scda que est ibi statuimus ponit cōstitutionē. in tertia que est ibi saluis costitutiōibus reseruat maiores cās Rursus scda principaliter subdiuiditur in tres particulas in prima ꝓponit decisionem q appellās ab interlocutoria dꝫ ꝓbabileꝫ cām exprimere. ⁊ dat duo exēpla que dicantur cā nō ꝓbabilis in scda que est ibi cū aūt: instruit ꝓcessum appellatione proposita. in tertia que est ibi ⁊ si minus: ponit quid debeat face-
1 re iudex ad quem causa appellationis ꝓposita. ¶ † No. ex tex. ibi vt debit⁹. q licet dictio vt. de natura sui modū importet gl. est in. c. verū. j. de ꝯdi. appo. in rubrica. C. de fal. causa adiec. notat bar. in. l. q absenti. §. i. ff. de acqui. pos. ⁊ in. l. cum tale §. titius. ⁊ in. l. quibus diebus. §. terminus. ff. de condi. ⁊ demōst. tñ qnq stat causatiue vt hic qꝫ hic demōstrat cām constitutionis facit tex. in cle. vt calumnijs. de sen. ⁊ re iudi.
2 ¶ † No. ex tex. ibi honor. q iudices debent honorari honore debito. ⁊ sic ex quo iudicib⁹ honor debet vt hic ⁊. l. fi. C. qñ prouocat q esse iudicē dicitur esse honor ⁊ ꝓpterea dixit hic gl. no. q iudices dicuntur esse in dignitate. qꝫ intelligite in ordinarijs secus in delegatis. l. munerū. §. iudicādi. ff. de mune. ⁊ hono. faciūt notata in. d. l. fi. ⁊ est rō. nā potissimum insigne dignitatis est ꝓeminentia cum iurisdictiōe. c. de multa. ⁊ ibi Joan. In. ⁊ alij. j. de preb. Notat ꝑ lo. an. ⁊ alios in. c. j. de tōsue. li. vi. faciūt que habent in. c. cū ab ecclesiarū rectoribus per Inno. ꝫ. de offi. or. sed iudices ordinarij hoc hñt. ergo dicuntur esse i dignitate. In delegatis aūt nō ita est qꝫ illi non habēt iurisdictionē iure suo sed iure alterius. l. more. la. qꝫ. ff. de iurisdi. om. iudi. ⁊ faciūt que habent in. c. statutū. in prin. de rescri. li. vi. in rōnibus glo. nā si delegatio pareret dignitatem nō esset bona illa ratio. q ꝓpterea fiunt delegationes aplice existentibus in dignitatibus ⁊ canonicis cathedralibus ne viles ꝑsone aplicas ꝑsonas preferrent que tñ fuit potissima eius cōstitutionis ratio. nā deficerent esse viles ex quo haberent dignitatem. l. i. ⁊. ij. C. de digni. li. xij. ⁊ ibi no. Et ideo siqs haberet immunitatem ab oneribus publicis posset tamē eligi in ordinariū ⁊ sic in magistratum. tex. est in. l. cui muneris. ff. de mune. ⁊ hono. alibi tñ. l. i. d. §. iudicandi videtur innui q esse iudicē sit onus ⁊ non honor. ⁊ in ordinario loquēdo est hon. vt tex. in. c. qui epatum. viij. q. i. ⁊ ibi archi. ⁊ loquēdo de beneficialibus est honus tex. in. c. ante omnia. xl. di. vbi dicitur q pesse si presunctorie ⁊ adulatorie res agat honū est si aūt tutius discutiat triste ⁊ lachrimabile. ⁊ facit qꝫ vult gl. in. c. si cōtra vnū in verbo ꝓbari de de. of. de le. li. vi. tamen ad hec ꝯtraria patet solutio qꝫ. §. iudicandi. loquit delegato vt est predictū in. d. c. qui epatū. ⁊. d. c. ante omnia loquunt respectu operis ⁊ exēpli de se prestādi. Et facit q hoc sit difficile ⁊ onerosum tex. in. c. qualiter ⁊ qñ. el. grāde ibi cū non possunt omnibus placere. j. de accusa. ⁊ dū etiā dicit q sunt positi tanq signū ad sagittā non tamen per hoc
3 negat quin sint in dignitate ⁊ honore maximo. ¶ † No. ex tex. ibi super laboribus ⁊ expensis. q iudex ⁊ superior debet consulere laboribus partiū ⁊ expensis facit. c. finē litibus. ꝫ. de dolo ⁊ cōtu. etiā ex officio suo nemine implorante vt hic faciunt notata in. c. cāꝫ que per pano. ꝫ. de iudic. in. c. bone. el primo. ꝫ. de. postu. prela. nota per barto. in. l. iij. §. hoc aūt in
4 dictū. ff. de dāno infec. ¶ † No. ex tex. ibi corā idoneo iudice. contrario sensu q citat⁹ a iudice nō suo ex quo non est idone⁹ iudex ⁊ ab eo grauatus non habet appellare vt hic qꝫ gesta corā tali iudice nihil preiudicāt ergo nō grauāt. c. at si clerici. ꝫ. de iudic. qꝫ intelligite verū si sit talis iudex cuius iurisdictio nō pōt ꝓrogari tacite. alias qꝫ ꝓcedendo videret ꝓnūciare se iudicē ⁊ induceret tacita ꝓrogatio ex quo pars non contradicere Inno. in. c. ad petitionem. j. de accusa. bar. in. l. i. ff. de iudic. notat panor. in. c. significasti. ij. de foro cōpe. Ideo de necessitate debebit pars appellare iuxta ea que notat glo. in auc. habita. C. ne fil. pro patre vt que habent in. c. significantibus. ⁊ c. cum olim. el. j. ꝫ. de offi. dele. qꝫ de notat bar. in
5 l. ij. si quis sine voc. nō iet. ¶ † No. ex tex. ibi absq rationabili causa. iuncto tex. ibi. ante sniaꝫ. q in appellatione ab interlocutoria debet rationabilis cā exprimi qre appellat etiā si sit snia excōicationis. c. ad nostrā. ibi do. Anto. ꝫ. eo. ⁊ sic in omni interlocutoria. qꝫ patet ex tex. ibi ante sniam sm bal. hic. nā ꝓprie appellatione sententie intelligimus de diffinitiua gl. in. c. cum olim. ꝫ. de testi. in. l. ij. §. biduū. ff. qñ ap. sit. ergo tex. noster intelligit de appellatione ab interlocutoria. qꝫ procedit sm panor. hic etiā si rā ꝓpter quā appellet esset notoria qꝫ notoriū licet excuset a probatione tamē non excusat a pro-

possidere ita gl. in cle. appellanti. e. ti. Jo. an. et alij in. c. accedens.
ut lite non contestata. Ant. Panor. et Imol. in. c. exceptione de
excep. tex. et ibi Bar. in. l. si adulterium cum incestu. §. idem pollio
ni. ff. de adulte. Bar. in. l. i. circa fi. ff. de excep. gl. in. l. sed si pos
sessori. §. fi. ff. de iureiu. faciunt notata per Bar. et Ang. in. l. cum
quid. ff. si cer. pet. per bal. in. l. i. C. quo et quando iud. et faciunt
que dicam de illa expressione rationabilis cause. j. in materia. et
hoc de expressione cause procedit tam de iure ciuili quam de iure ca
nonico. et licet de iure ciuili hoc non caueatur satis est quod contra
rium non caueatur. et cum ita caueatur de iure canonico standum est iuri
canonico. Ita Ang. consi. clxxxiij. quod incipit. in causa appella
tionis in. ij. col. facit tex. in. l. an pretor. §. permittitur. ff. de minor.
Et ideo infertur quod ex quo non potest appellari sine rationabili
causa expressa quod clausula. app. re. non excludat appellationem
rationabilem in iure permissam. c. pastoralis in prin. de eo. quod
hodie per istam decretalem illa clausula apponatur ad bene esse et
nihil operetur in appellatione ab interlocutoria. et sic fiet solum
effectus in appellatione a diffinitiua. quia commissa causa ap
pellationis non poterit a diffinitiua appellari nisi casibus a
iure expressis. et ideo mandabitur executioni per iudicem a quo
non obstante appellatione. ita vult glo. in verbo ante sententiam
que per hec remanebit expedita quo ad diffinitiuam bene lo
quitur quo autem ad interlocutoriam dicite ut in. d. c. pastoralis.
in prin. quia male loquitur: in diffinitiua autem hodie hoc stat quod
etiam non expressa aliqua causa valeret appellatio. imo nec pre
cedente grauamine vel iniustitia ex proposito. glos. est in. l. an
pretor. §. permittitur et ibi tex. notabi. quod interlocutoria debet
exprimi causa. ff. de minor. et dixi supra in rubrica tamen vbi
adesset clausula ap. re. cum non possit appellari nisi in casibus
a iure expressis et sic specialibus. d. c. pastoralis. ideo debet causa
exprimi ut intelligatur an sumus in casu a iure expresso. Gemi.
in. c. romana. §. sin vero in fi. eo. lib. vi. Et ideo dicit hic Pa
nor. quod stante dicta clausula ap. re. audietur appellans a diffini
tiua si dicat se velle de nouo aliqua producere. c. cum Jo. heremi
ta. de fide instru. quia ille casus est a iure expressus ut ibi. et. l.
6 per hanc. C. de tempo. ap. ¶ † No. ex tex. ibi ad superiorem iudicem
nuncium destinauit. quod per destinationem nuncij non eximitur quis a potestate
7 inferioris ordinarij de quo in gl. in v. si dicat. ¶ † No. ex tex.
ibi literas impetrauit. secundum communem intellectum hic. et. l. c. i. vbi magis
communiter doc. de rescrip. mod non declinandi iurisdictionem siue ordi
narij siue delegati propter literas impetratas ut ipse declinans
presentet literas iudicibus ad quos diriguntur. et ita postea op
ponat coram ordinario ad quem fuit citatus. vel etiam delegato de
primis literis offerens separatim iustitiam prosequi coram iudicibus
datis in eisdem. et ita Hos. Jo. an. et do. An. hic. vel aliter secundum in
tellectum Host. et Panor. nota sicut ordinarius citando potest
alium ordinarium preuenire. c. pe. de foro compe. l. si quis post ea
quam. ff. de iudic. ita potest delegato preuenire quia si prius citauerit
ante literas presentatas certe non valebit exceptio opposita quod lre ad
alios iudices sint impetrate ex quo non sunt presentate de verita
8 te istorum intellectuum dicam in gl. in verbo si dicat ad finem. ¶ No.
ex tex. ibi coram eodem iudice, quod appellatio debet interponi coram
9 iudice a quo. ¶ † Quid si non potest eius habere copiam et an suffi
ciat interponi coram iudice ad quem. vidimus aliquid in. c. sugge
stum. de eo. et videbimus in. c. si. j. e. No. ex tex. ibi ad inferiorem
remittat quod appellatione ab interlocutoria iniusta per iudicem
ad quem vel friuola pronunciata causa debet remitti ad iudicem a quo in
telligite verum nisi ipse iudex a quo detulisset huic appellationi,
quia tunc ex quo priuauit se iurisdictione non est causa remittenda. c. cum
appellationibus. eo. ti. li. vi. et ibi habetur intelligite de necessita
te tamen de honestate maxime quando iudex detulit dando
apostolos reuerentiales debet iudex ad quem remittere ad iudicem
a quo Ita Jo. an. in. d. c. cum appellationibus vel etiam appellante
renunciante appellationi. ut in. d. c. cum appellationibus. ibi Gemi.
post Jo. an. et Pe. de anch. a multo magis ergo de consensu
vtriusque partis ut ibi concludunt imo etiam tacite per non prosecutio
nem infra tempus ab homine assignatum ut sensit gl. i. d. c. cum ap
pellationibus. §. si verbo. in verbo remittenda. et ibi Gemi. in pe.
col. allegat Oldradum consi. xxvi. Sed Rota. decisi. cccixiij. que
incipit. ex hoc insurrexit tenet quod etiam de expresso consensu par
tium non possit reassumere iurisdictionem nisi esset in talis iudex
a quo posset adiri per querelam per tex. d. c. cum appellationibus. ad quem
tex. videtur clare quia loquitur appellante prosequente ut ibi in princ.
licet cum Rota teneat Paul. in cle. sicut eodem. tamen do. Ant. et pe.
de ancha. et d. Benedictus ibi tenent contra rotam et sic cum Ge. et
sic velle cum hoc casu quod iudex etiam deferat appellationi vel incon
tinenti vel etiam ex interuallo. j. x. dies prefigat terminum appellanti ad
prosequendum quod per Rota deci. cccl. que incipit item si appellatur a dif
finitiua. Et cardi. et alij in Cle. i. eo. ti. et gemi. et Pe. de anch.
in. d. c. cum appellationibus et sic facto suo iudex qui detulit non
potest reuocando dilationem reassumere iurisdictionem ut videmus
in. c. constitutis. de eo. et i. secundo. Jo. an. in. d. c. cum appellationi
bus. et ibi alij et in. d. clem. sicut tamen facto partis appellan
tium vel partium vtriusque: scilicet vel iudices ad quem pote
rit reassumere. ita Gemini. vbi proxime. Aduertite tamen
quod in appellationibus interpositis ad curiam romanam et eo deuo
lutis non remittuntur vnquam partes ad iudicem a quo etiam
si pronunciaretur male appellatum a grauamine Rota dec.
ccxxi. que incipit. Item si appellatio nam ista curia romana non
potest esse sicut infernus ut quod semel admisit nunquam dimit
tit. Item vno alio casu ad quem non remittit ad iudicem a quo
causam licet pronunciet male appellatum scilicet vbi pendente
appellatione iudex a quo processisset ad vlteriora et diffinitiue
ne pronunciasset super principali. nam tunc iudex ad quem
friuola pronunciata appellatione non remittit causam ad iu
dicem a quo ex quo est functus officio ar. c. in literis. de of
deleg. l. iudex. ff. de re iudi. sed confirmabit sententiam diffinitiuam
a iudice a quo latam ex quo ab ea parte non appellauit ita Jan.
et post eum Imol. in pe. col. in. c. ex parte ad de. de testib. Jmo
si ante pronunciationem iudex ad quem misisset inhibitionem iu
dici a quo et postea pronunciasset bene iudicatum male appel
latum et ab hac pronunciationem appellatum esse iudex a quo
erat primo loco appellatum poterit ad vlteriora procedere non
obstante inhibitoria prima nisi per hunc iudicem de nouo in
hibeatur. ita Rota decisi. cxxxviij. incipiente. Item si appellat
et si pronunciet hoc casu male appellatum talis sua dicitur quo
ad iudicem diffinitiua sed quo ad partes interlocutoria. ideo
si iterato voluerint appellare appellabunt ut ab interlocutoria
Bal. in. l. cum et vos minores. C. si aduersus rem iudi. et in aut.
sacramenta. C. de iura. calu. si vero pronunciat bene appellatum
et quo ad iudices et quo ad partes censetur diffinitiua. ita Pau.
consi. xxvi. incipiente Christi et c. viso puncto. Et fortius dixit
Ludouicus de roma per hunc tex. consi. cdxij. incipiente oipo
tentis Dei et c. quo ad primum articulum quod etiam si iudici sit commis
sus articulus appellationis ab interlocutoria vna cum negotio
principali quod tamen de negotio principali non poterit cognoscere
nisi iustificata appellatione. et si appellationem iniustam repererit
debet remittere causam negocij principalis ad iudicem a quo declara
te in antiqu. ccxxxij. hec que dixi procedunt quando vnus tantum iu
dex pronunciauit. nam tunc deferendo appellationi abdicat a se iu
risdictionem. sed vbi essent plures iudices tunc si sumus in tali
bus in quibus vnus solus potest procedere per eius delationem
idem effectus resultabit ut abdicet a se iurisdictionem et preiudica
bit collegio. secus si solus non posset procedere. ita Pet. de anc.
in. d. c. cum appellationibus. §. si vero. et gem. ibi faciat longam
materiam de quo tamen latius in cle. j. eo. tit. et Bal. et Sali. in aut.
10 hodie. C. eo. ti. ¶ † Not. ex tex. ibi in expensis condemnet. quod licet
iudex ad quem per appellationem friuolam non efficiatur vlterius iudex
nec deuoluatur iurisdictio: tamen potest in expensis condemnare. et sic ha
betis quod non est iudex in principali potest tamen iudicare in accesso
rio. et est tex. in cle. i. ad fi. de rescri glos. et ibi not. in. c. si. de
rescri. faciunt que vidimus in. c. reprehensibilis. de eo. et ideo
facta per eum condemnatione expensarum cum sit valida mittetur executio
ni. sed per iudicem a quo ex quo ipse iudex ad quem non habet iu
risdictionem aduersus partes. ita Spec. in ti. de expen. §. nunc
viden. versi. Sed quid si iudex. et si fuerit pronunciatum per iudicem ad
quem super expensis iudex a quo reseruabit in fi. principalis cau
se et ipse condemnabit. ita Spe. vbi proxime. Et quod dictum est
de executione tenet Spe. in ti. de execu. sententie. §. i. versi. quid
ergo et hic Pano. faciunt que vidimus in. c. reprehensibilis.
11 et melius in. c. ex ratione. et. c. sepe. de od. ¶ † Et sic habetis ex
tex. qualiter puniatur friuole appellans in condemnatione expen
sarum. Sed sit cautus ille contra quem pronunciatur appellationem
friuolam quod appellet a tali pronunciatione: alias alia pena sequetur:
quod habebitur pro manifesto contumace et non poterit amodo ap
pellare a diffinitiua. gl. est singularis quam ibi exclamant Car
di. Imol. et moder. in cle. si ante. in gl. magna. j. prin. de dolo et
12 contu. ¶ † No. ex tex. ibi alioquin ipse procedet. regulam quod ap
pellatione legitima pronunciata deuoluitur ad iudicem ad quem
negotium principale. propterea in eo procedit. faciunt que vidimus
in. c. dilectis. de eod. vbi etiam omnia accessoria deuoluuntur.
13 ¶ No. ex tex. ibi de maioribus causis. quod cause maiores vsque
adeo spectant ad papam. c. quod translationem. de offi. leg. Et ibi
que sint cause reseruate, et sic maiores. et. c. maiores. in princ. j.
de bapt. quod conuentus coram ordinario potest ordinare quod vult conue
niri coram papa propter maioritatem cause nec erit locus preuentioni
illo casu quia preuentio tunc demum habet locum quando iudices habent potesta
tem in ipsa causa super qua citant. c. pe. de fo. compe. quod non est in casu
isto quia inferiores non habent potestatem in causis maioribus pape reserua
tis dictis iuribus et hoc sonat litera nostra secundum Pan. referen
do illa

do illa verba saluis constitutionibus &c. ad tex. ꝫ. in princip. scđe partis ibi vt si quis corā idoneo iudice vel aliter secundū d. ant. & panor. not. ꝙ cū maiores cāe sint pape reseruate. d. c. qđ translatis ideo si super eis appellet ad papā ab inferiore nō requirit alia expressio cāe ad hoc vt deuoluat ad curiā cū de natura sui deuoluant nec pnt per aliū cognosci & hoc sonat litera referendo illa vba saluis ꝯstitutionibus &c. ad tex. ꝫ. c. ibi
14 absq; rōnabili cā nō ꝓuocet. ¶ † Gl. in verbo differat, in fi. not. ꝙ iudices ordinarij dicūtur esse in dignitate. & faciūt que dixi in textualibus. Et ideo ꝓpter eorū dignitatem in causis appellationis eis defert. Unde inoleuit ꝙ iudex ad quem si potest reseruare honorē ipsius iudicis a quo ꝓnūciādo etiā ꝯtra ꝓnūciata per eū exprimit cām ꝙ ex nouiter deductis ꝓnunciat cōtra primā sniam qđ pōt. c. cū Joannes. & ibi hon9 tex. ꝫ. de fide instru. faciunt q̄ vidimus in c. cum ad sedē. ꝫ. de rest. spo. Et no. Bal. in aut. sed si quis. ꝫ. d. testi. ¶ Gl. in verbo corā idoneo in fi. not. primo limitationē ad. c. pe. ꝫ. de foro cōpe. ꝙ ꝓuētio iurisdictionis nō fit per citationē factā a iudice incōpetēti. & ita est hic tex. a cōtrario in eodē verbo coram idoneo. & facit gl. in. c. cum plures. de offic. deleg. lib. vi. ad fi. ꝙ intelligitr verū nisi esset talis iudex cuius iurisdictio poss& tacite prorogari cōparēdo corā eo. de quo ponit Pan. in. c. significasti. ꝫ. de foro cōpe. & in. c. p. & g. ꝫ. de offi. dele. nā tūc per citationē cui nō est oppositū prorogat iurisdictio & preuētio inducitur qr nō fuit iurisdictio ex toto nulla. imo valida
15 ex quo pars non opponit ita Pan. hic. ¶ † Nota vltimo ex glo. ꝙ per citationē factā corā iudice incōpetēti nō interrumpitur ꝑscriptio. faciūt que habent in. d. l. si pater. & ibi etiā gl. & etiā in. l. accusaturus. ff. de adult. in aut. offerat. C. de lit. cōtest.
16 ¶ † Tamē pro clariori intelligentia dicite, qualiter interrumpatur ꝑscriptio per actū iudicialē.[a] aut est talis prescriptio que ad iterruptionē requirit lit. cōte. put est prescriptio longi temporis. & tunc nec per citationē nullā. nec per libellū nullū. nec per lit. cōte. inualidā interrūpetur ꝑscriptio. l. fi. C. de prescrip. xxx. vel. xl. anno. & ibi per Salic. faciūt notata per Bar. in. d. l. accusaturus. & in. d. authēn. offeratur. & in. l. fi. in princ. ff. de eo per quē fac. e. & ibi Bald. in. l. naturaliter. & ibi cōmuniter scribētes. ff. de vsucap. in. l. ij. §. si rē. ff. de vsuca. p emptore in. l. mariti. §. quinquennium. ff. de adulter. per ang. in. l. i. C. de iudi. in. l. sicut. C. de prescrip. xxx. vel. xl. an. per canoni. in. c. illud. ꝫ. de prescrip. & in. d. locis. qualiter per actū iudicialē interrūpat ꝑscriptio. in. l. cū. notissimi. §. sed si quis. & ibi gl. & alij. C. de prescri. xxx. vel. xl. anno. nisi ista litis cōtestatio licet nulla constitueret in mala fide aduersariū. puta qr ei ita demōstratur rē esse alienā qđ de hoc sit certus. nā illo casu nō solū interrūpit prescriptio. sꝫ vsq; ad centū annos si duraret mala fides impēdiet & interrūpitur ꝑscriptio q̄ impeditur superueniēte mala fide regulariter ante cōpletā ꝑscriptionē vt habet in. c. vigilanti & in. c. si diligēti & in. c. fi. ꝫ. de ꝑscr. illa est gl. xvi. q. iij. c. i. que voluit ꝙ litis cōtestatio perpetuet actū vsq; ad. c. annos qđ vr. ꝯtra. l. fi. C. de ꝑscrip. xxx. vel. xl. anno. vbi ꝑpetuat solū vsq; ad. xl. annos. sꝫ intelligitur vt predixi. & ita voluit vt hic. d. Ant. Panor. Jmo. lꝫ nō allegēt illā gl. ¶ Aut loquimur de interrūpēda ꝑscriptione que interrūpitur per citationē put est prescriptio longissimi tēporis. d. l. cum notissimi. §. sed si quis. & tūc requirit citatio valida & dato ꝙ libellus esset etiā inept9 vel litis cōtestatio inepta. & tūc ex quo citatio fuit valida sufficit ad iterruptionē. ita Bar. in d. l. accusaturus. & habetur in locis ꝑalle. secus si citatio fuisset inepta vt hac glo. Et ideo ꝑ citationē factā corā arbitratore. nō interrūpit aliqua ꝑscriptio. ita Jmo. post. d. Ant. i. c. quintauallis in. xv. fallētia. in. ix. col. ꝫ. de iureiu. & Bal. in. l. cū antea. C. de arbitris. & ideo circūducto edicto citatorio nō operabitur citatio interruptionē. qr nondū est sortita effectū. Bal. in. d. authētica offerat. & in. d. l. fi. in prin. ff. de eo. ꝑ quē factū erit. Et ideo citato cōtumace ex quo nō accusat eius cōtumacia & sic citatio nō sortit effectū. l. ꝑperandū. §. si qđē. & ibi casus. C. de iudic. Bar. in. l. ꝯsentaneū. C. quō & qñ iud. in. l. si finita. §. nihil. ff. de dā. infec. habet in. c. i. de dolo. & ꝯtu. li. vi. iō talis citatio nō interrūpet ꝑscriptionē. secus est si citatio sortita est effectum lꝫ postea deserat instantia. glos. est in. l. ij. C. de fruc. & lit. expen. que voluit ꝙ tūc duret effect9 interruptiōis in. d. l. ꝑperañ. §. i. in ver. iudicij faciūt notata p bar. in. l. cū lite mortua. ff. iudi. sol. & p Jmo. & alios in. c. cām. q̄. ꝫ. de restit.
17 hec ꝓcedūt qñ in viā actiōis aliquid deducit. ¶ † Sed quid si in viā exceptionis. & dicite ꝙ si exceptio tēdit ad eundē effectū ad quē tenderet si proponeret actio puta in exceptione cōpensatiōis ꝙ tunc similiter interrūpit ꝑscriptionē sicut intentatio actionis. glo. est & ibi Car. in. l. oēs. ff. de reg. iu. & etiā notant Jmol. i. c. ij. ꝫ. de ordi. cog. secus si exceptio nō tēderet ad eundē effectū ad quē tendit actio si super eo intentaretur puta exceptiōe spoliatiōis q̄ solū agit repellere: nō aūt tēdit ad cōsequēdū put tēderet actio. tunc intētatio istius exceptiōis nō interrūpet ꝑscriptionē gl. est i. d. c. ij. & ibi notat Imol. & sic cōcordat istas ꝯtrarietates. ꝓdicta ꝓcedūt nisi vt predixi ꝯstitueretur prescribens in mala fide qr quōcūq; ꝯstituat in mala fide interrūpit prescriptio vt dixi in primo membro. ¶ Gl. in verbo ante sententiā me remisi in tex. ad dicta in. c. pastoralis. ꝫ. eo.
18 ¶ † Glo. in verbo fideicat ibi nō ꝓdest nunciū premisisse ad superiorē. vult glo. ꝙ per istā decre. sit sublatus effectus q̄ sequebat ex destinatione nuncij facti ad curiā p iura allegata in glo. & c. dilecti. vbi vidim9. ꝫ. e. vos dicite vnl loquimur de illo effectu suspēsiuo iurisdictiōis ordinarij donec relatio nuncij ad papā missi haberetur qñ destinatio nuncij nō fit causa appellationis & tunc bene loquitur gl. nostra. & faciunt que dixi in euidentialibus aut de effectu destinationis nuncij que succedit loco appellationis vt. d. c. meminimus. allegato in glo. & faciunt que vidimus in. d. c. dilecti. & tunc ille effectus non est intoto sublatus. nec bene loquit glo. ꝙ illa iura sint correcta quia de tali destinatione nō loquit tex. noster. hoc tamē fatēdum erit. ꝙ decre. nostra sicut in appellatione ab interlocutoria addit formā ꝙ ex rationabili causa & ea expressa fieri debet ita hec destinatio nuncij per tex. nostrum suscipiet formā & quotiescūq; fit loco appellationis obseruet omnē formā quem appellatione requirit. & ideo debꝫ fieri expressa cā rationabili. talis destinatio. qr cum destinatio nuncij vel itineris arreptio equiparent appellationi qñ loco appellationis interponit. d. c. meminim9 & d. c. dilectis. ius nouū superueniens loquens de vno casu parificato prout est decre. nostra que loquitur de appellatiōe, extēditur ad alios casus parificatos. & sic ad iter arreptum loco appellationis subrogatum vel destinatione nuncij ergo omnino cum sit rationabilis causa exprimi debebit dicendo. d. iudex quia me grauasti tali grauamine iter arripio ad curiā vel destino talem nunciū ad curiam nisi tale grauamen emendaretur. & faciunt ad predicta que habētur in. l. si quis seruo persuaserit. C. de furt. iuncta. l. vt tantum. ff. de seruo corrup. & etiā per gl. in. c. cōstitutionem & in. c. non solum. de regu. lib. vi & in. c. si
19 postq̄ circa fin. & in fin. de elec. lib. vi. ¶ † In glos. ibi. ꝫ. de offi. de le. c. i. no. ꝙ si corā ordinario fuerit ꝓcessum papa nō cōcedit literas delegationis postquam est ab ordinario preuentus & ecōtra delegatus potest ꝓuenire ordinariū ex quo representat papā. c. sane. el. ij. ꝫ. de offi. dele. & c. studuisti. ꝫ. de of. leg. Et ideo sicut papa tanq̄ vbiq; ordinarius. c. cūcta p mūdū. ix. q. iij. pōt ꝓuenire citando vnū ordinariū ita & eius delegatus si prius citauerit dicet ꝓuenisse ordinariū. Aliud habes ex gl. ꝙ ꝓcesso ad citationē solū vel etiā ad vlteriora per ordinariū nō valet postea impetratio delegati facta a papa nisi habita mētione de ꝓcessu. & facit tex. in. c. inter monasterium. ꝫ. ti. i. & in. c. ij. ꝫ. de dolo & ꝯtu. & ratione sentit glo. hic. qr ex quo ordinarius citauit videt iam ꝓuenisse iurisditionem in ista cā ideo in dubio papa non videt derogare huic ꝓcessui
20 cepto non vnrū ergo si dꝫ exprimi de processu. ¶ † In eadem in fine habes ex hac glossa intellectum ad hanc decre. quia intelligit tam de ordinario q̄ in delegato. ita qđ in delegato attendat tp̄s ꝑsītationis & citationis vigore literarū facte ad hoc vt scđe litere etiā faciētes mentionē de primis tollant primas nōdū presentatas dūmodo nū quid imputet impetranti scđas literas ꝙ ipse impedimentū ꝑstiterit impetranti primas. & sic in effectu vult gl. ꝙ. c. sinadi. & c. plerūq; de rescrip. vbi ita demū ex negligentia prime impetrātis conualescunt scđe litere si negligentia dorauit anno. iiij. decre. ceterū de rescri. vbi prime litere nā excluduntur per scđas nisi de his faciāt mentionē. c. ij. ꝫ. de dolo & ꝯtu. c. bone. j. de ꝯfir. vti. vel inuti. Omnia ista iura sꝫ huc intellectū gl. sunt correcta per hanc decre. vt debitus & hanc opi. cōiter vbiq; est secuta glo. maxime in. c. i. ꝫ. de rescri. Sequit inno. in. d. c. ceterū. & Imo. hic Panor. hic post. d. ant. & etiā in. d. c. i. reprobat huc intellectū. Mouet vulgari ratione qr iuriū correctio est euitanda. c. cū expediat. de ele. in. vi. nec per subauditos intellectus debēt iura corrigi. gl. in. c. cupientes. §. ꝙ si per. xx. de ele. lib. vi. nec in correctorijs habet locū extēsio notat Bar. in auth. quas actiones post gl. C. de sacrosan. eccl. ergo. cū decre. nostra de delegato nullam faciat mentionem non intelligitur de legato quia predicta iura corrigere puta sine eam quis suo iure priuari nō debet. c. satis puersum. lvi. di. l. ius nostrū. ff. de reg. iur. ergo prius impetrās etiā ꝓuentus per ꝑsītationē scđi rescripti nō excludet a suo primo ex quo nō est in culpa. puta. l. generalis nō debet extēdi ad corrigēdū. l. que spālitet loquitur. l. sanctio legū. ff. de pe. imo etiā si vteret clausu

[a] ¶ Per actum iudicialem. aduerte nunqd contra tuos cōe currat prescri. tanti temporis cuius initij memoria nō est in ꝯtrariū, et an. d. prescrip. tanti tp̄is &c. iterrūpatur per actū iudicialem ex quo habet vim cōstituti vide no. pbl. cor. in consil. xxij. scip. videt fo. xxij. in litera. Et in primo volumine.

la non obstãte nõ videt tollere.l.spãlem.l.decurionũ.C.de si
lenti.li.xij.faciunt notata in.c.i.ꝛ per Bal.in.c.cũ ordinem.ꝫ.
de rescrip.ꝑ Bar.in extrauagãti ad repri.in ver.nõ obstãte
imo.l.noua superueniens generaliter loquens distinguit per
antiquã in specie loquentẽ.l.sciendũ.in prin.ꝛ ibi Bar.ff.qui
satisd.cog.iuncta authentica offerat.C.de lit.conte.l.nã ꝛ po
steriores.ff.de leg.ergo cũ decre.nostra generaliter loquat.
